



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXVIII. De iustificatione impij. Et habet ar. nouem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

tes perficiunt potentias ad recte operandum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quantumvis gratia non sit principium esse naturalis, perficit tamen esse naturale in quantum addit spirituale.

AD II. Dicendum, quod culpa actualis non potest esse nisi in potentia quæ est principium actus, culpa autem originalis est in anima secundum suam essentiam per quam coniungitur, ut forma carni, ex qua infectio originalis in anima contrahitur. & quæuis ab anima nihil essentialium auferatur, impeditur tamen ordo ipsius essentia animæ per modum cuiusdam elongationis, sicut contrarie dispositiones elongat potentiam materiæ ab actu forme.

AD III. Dicendum, quod gratuita præsupponunt naturalia, si proportionabiliter utraque accipiantur, & ideo virtus quæ est gratuitum operationis principium, præsupponit potentiam quæ est eiusdem principium naturale, & gratia quæ est principium esse spirituales præsupponit essentiam animæ, quæ est principium esse naturalis.

AD IIII. Dicendum, quod primus & immediatus effectus gratia inuenitur in essentia anima scilicet forma secundum esse spirituale.

AD V. Dicendum, quod imago creationis consistit & in essentia & in potentiis, secundum quod per essentiam anime representatur unitas essentia diuina & per distinctionem potentiarum distinctio personarum; & similiter imago recreationis consistit in gratia & virtutibus.

AD VI. Dicendum, quod habitus acquisiti causantur ex nostris actibus, & ideo non pertinent ad animam, nisi mediantibus potentiis quarum sunt actus, gratia autem ex influentia diuina, & ideo non est simile.

AD VII. Dicendum, quod gratia præparat voluntatem mediante charitate, cuius gratia est forma.

ARTICVLVS VII.

Utrum gratia sit in sacramentis.

g. p. q. 62. ar. 3.

SEPTIMO queritur, utrum gratia sit in sacramentis. & videtur, quod non. culpa enim opponitur gratia: sed culpa non est in aliquo corporali. ergo nec gratia est in sacramentis, que sunt elementa materialia, secundum Hugo de Sancto Victore.

Li. de sacra. parte 9. c. 1.

¶ 1. Præter. Gratia ordinat ad gloriam; sed sola natura rationalis est capax gloria: ergo in ea sola potest esse gratia, & ita non est in sacramentis.

¶ 2. Præter. Gratia inter maxima bona computatur: sed maxima bona sunt in medijs bonis sicut in subiecto. cum ergo media bona sint anima & potentia eius, videtur quod gratia non possit esse in aliquo subiecto, & sic non est in sacramentis.

¶ 3. Præter. Sicut se habet subiectum corporale ad accidens corporale, ita subiectum spirituale ad accidens spirituale. ergo commutatim sicut subiectum corporale ad accidens spirituale, ita subiectum spirituale ad accidens corporale; sed accidens corporale in nullo subiecto spirituali esse potest. ergo nec accidens spirituale, quod est gratia, potest esse in corporalibus elementis sacramentorum.

r. de sacra. parte 9. c. 1. ante med.

SED CONTRA est, quod Hugo de S. Vict. dicit quod sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent.

¶ 1. Præter. Gal. 3. dicit Apost. sacramenta legalia esse infirma & egena elementa: quia gratiam non continent, ut dicit glo. si ergo in sacramentis noua legis non esset gratia, essent ipsa infirma & egena elementa; quod est absurdum.

¶ 2. Præter. Super illud psal. 17. Posuit tenebras &c. dicit glo. quod remissio peccatorum posita est in

baptismo; remissio autem peccatorum est per gratiam. ergo gratia est in sacramento baptismi, & pari ratione in aliis.

RESPON. Dicendum, quod gratia est in sacramentis, non quodem sicut accidens in subiecto: sed sicut effectus in causa, per modum illius, quo sacramenta causa gratia esse possunt. Effectus autem esse in causa dupliciter. Vno modo, secundum quod causa habet dominium super effectum, sicut ad nos, nostri dicuntur esse in nobis, & sic nullus effectus est in causa instrumentali, quæ non mouet nisi mota, unde nec sic gratia est in sacramentis. Alio modo per sui similitudinem, secundum quod causa producit effectum sibi similem; & hoc contingit quatuor modis. Vno modo, quando similitudo effectus est in causa secundum esse naturale, & secundum eandem rationem, sicut est in effectibus uniuocis, per quem modum potest dici quod calor aeris est in igne calefaciente. Secundo, quando similitudo effectus est in causa secundum esse naturale: sed non secundum eandem rationem, sicut patet in effectibus agnoscis, per quem modum calor aeris est in sole. Tertio modo, quando similitudo effectus est in causa non secundum esse naturale, sed spirituale tamen quietum, sicut similitudines artificatorum sunt in mente artificis: forma. n. domus in edificatore non est natura quædam, sicut virtus calefactura in Sole, vel calor in igne: sed est quedam intentio intelligibilis in anima quiescens. Quarto modo, quando similitudo effectus non secundum eandem rationem, nec ut natura quædam, nec ut quiescens, sed per modum cuiusdam defluxus est in causa, sicut similitudines effectuum sunt in instrumentis, quibus mediantibus defluit forma a causis percipientibus in effectus. & hoc modo gratia est in sacramentis, & tanto minus quanto sacramenta non pertinent directe, & immediate ad ipsam gratiam, de qua nunc loquimur: sed ad proprios effectus, qui dicuntur gratia sacramentalis, ad quod loquimur infusio gratia gratum facientis, vel augmentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa est in causa in aliquo pure corporali, scilicet in nomine peccatorum originale. Secundum & tertium concludunt, quod gratia non sit in sacramentis, sicut in subiecto.

AD IIII. Dicendum, quod spirituale non potest esse instrumentum rei corporalis sicut econuerso, & ideo non tenet in proposito proportio commutata. Alia que sunt in oppositum concedimus, ut si intelligatur gratia esse in sacramentis sicut in causis instrumentalibus & dispositionibus, & hoc ratione virtutis, per quam ad gratiam operantur.

AD IIII. Dicendum, quod spirituale non potest esse instrumentum rei corporalis sicut econuerso, & ideo non tenet in proposito proportio commutata. Alia que sunt in oppositum concedimus, ut si intelligatur gratia esse in sacramentis sicut in causis instrumentalibus & dispositionibus, & hoc ratione virtutis, per quam ad gratiam operantur.

AD IIII. Dicendum, quod spirituale non potest esse instrumentum rei corporalis sicut econuerso, & ideo non tenet in proposito proportio commutata. Alia que sunt in oppositum concedimus, ut si intelligatur gratia esse in sacramentis sicut in causis instrumentalibus & dispositionibus, & hoc ratione virtutis, per quam ad gratiam operantur.

QVÆSTIO XXVIII.

De iustificatione impij.

In nouem articulos diuisa.

¶ Primo, Utrum iustificatio impij sit remissio peccatorum.

¶ Secundo, Utrum peccatorum remissio possit esse sine gratia.

¶ Tertio, utrum ad iustificationem impij liberum arbitrium requiratur.

¶ Quarto, Quis motus liberi arbitrii ad iustificationem requiratur, unum. s. motus in Deum.

¶ Quinto, Utrum in iustificationem impij, requiratur motus liberi arbitrii in peccatum.

¶ Sexto,

- ¶ Sexto, Vtrum gratiæ infusio, & culpæ remissio sint idem.
- ¶ Septimo, vtrum remissio culpæ naturaliter præcedat infusionem gratiæ.
- ¶ Octavo, Vtrum in iustificatione impii, motus liberi arbitrii naturaliter præcedat infusionem gratiæ.
- ¶ Nono, Vtrum iustificatio sit in instanti.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iustificatio impii sit remissio peccatorum.



QVÆSTIO est de iustificatione impii. Et primo queritur, vtrum iustificatio impii sit remissio peccatorum. Et videtur quod non. Iustificatio. n. a iustitia dicitur, que est una virtus; peccatorum autem remissio non fit per unam tantum virtutem, nam peccata non uni tantum virtuti opponuntur, sed omnibus. ergo iustificatio non est peccatorum remissio. Sed dicendum, quod peccatorum remissio fit per iustitiam generalem.

RESPON. Dicendum, quod differentia est inter motum & mutationem, nam motus vnus est quo aliquid affirmatiue significatum abicitur, & aliud affirmatiue significatum acquiritur. Est enim motus de subiecto in subiectum, vt dicitur in 5. Phisic. per subiectum autem intelligitur hoc aliquid affirmatiue monstratum, vt album, & nigrum. Vnde vnus motus alterationis est, quo album abicitur, & nigrum acquiritur; sed in mutationibus, quæ sunt generatio, & corruptio, aliter est. Nam generatio est mutatio de non subiecto in subiectum, vt de non albo in album. Corruptio vero est mutatio de non subiecto in non subiectum, vt de albo in non album. Et ideo in abiectione vnus affirmati, & adeptio alterius, oportet duas mutationes intelligi, quarum vna sit generatio, & alia corruptio vel simpliciter, vel secundum quid. Sic ergo si in transitu, qui est de albedine in nigredinem, consideretur ipse motus, idem motus figuratur per ablationem vnus, & inductionem alterius, nõ autem significatur eadem mutatio; sed diuersa, tamen seia uicem concomitantes: quia generatio vnus non est sine corruptione alterius. Iustificatio autem significat motum ad iustitiam, sicut dealbatio morum ad albedinẽ, quamuis posset iustificatio significare formalem iustitiæ effectum, nam iustitia iustificat: sicut albedo facit album. Si ergo iustificatio accipitur, vt quidam motus, cum oporteat eundem motum intelligi quo peccatum aufertur, & iustitia inducitur, idem erit iustificatio quod peccatorum remissio, solum ratione differens, prout ambo eundem motum nominant: sed unum secundum respectum ad terminum a quo, alium vero secundum respectum ad terminum ad quem. Si accipitur iustificatio per viam mutationis, sic aliam mutationem significat iustificatio, scilicet iustitiæ generationem, & aliam peccatorum remissio, scilicet corruptionem culpæ. Sic autem iustificatio & remissio peccatorum non erunt idem, nisi per concomitantiam. Vt olibet autem modo iustificatio accipitur, oportet quod a tali iustitia dicatur, quæ peccato cullibet opposita sit. Nam & motus est de contrario in contrarium, & generatio, & corruptio se se concomitantes contrariorum sunt. De autem iustitia, tripliciter. Vno modo, secundum quod est quadam specialis virtus contra alias cardinales diuisa, prout dicitur iustitia, qua homo dirigitur in his, quæ veniunt in communicationem uitæ: sicut sunt contractus diuersi: hæc autem virtus non est omni peccato contraria, sed tantum illis peccatis, quæ circa huiusmodi communicationem fiunt: sicut furtum rapina, & alia huiusmodi. Vnde, sic non potest iustitia hic accipi. Alio modo dicitur iustitia legalis, quæ secundum Philosophum est omnis virtus sola ratione a uirtute differens. Virtus enim secundum quod actum suum in bonum commune ordinat, ad quod etiam intendit legislator, iustitia legalis dicitur, quia legem seruat: sicut fortis cum in acie fortiter confiligit propter salutem reipublicæ. Sic ergo patet, quod quamuis omnis uirtus sit iustitia legalis quodammodo, non tamen quilibet actus uirtutis est actus legalis iustitiæ: sed ille solus, qui est ad bonum commune ordinatus, & potest contingere de actu cuiuslibet uirtutis, & sic per consequens, nec omnis actus peccati iustitiæ legali opponitur. Vnde nec a iustitia legali dici potest iustificatio, quæ est remissio peccatorum. Tertio

Gen. 7. 10. ab.

¶ 2 Sed contra, Iustitia generalis secundum philosophum in 5. Ethic. est idem quod omnis uirtus; remissio autem peccatorum non est effectus uirtutis, sed gratiæ. ergo peccatorum remissio non debet dici iustificatio, sed magis gratificatio.

¶ 3 Præter. Si per aliquam uirtutem sit peccatorum remissio, per illam præcipue fieri debet, quæ cum peccato simul esse non potest; hæc autem est charitas quæ nunquam est informis. ergo remissio peccatorum nõ dicitur iustitiæ attribui, sed magis charitati.

¶ 4 Præter. Idem uidetur ex hoc quod dicitur pro uerb. decimo. Vniuersa delicta operit charitas.

¶ 5 Præter. Peccatum est mors spiritualis animæ, morti autem uita opponitur. cum ergo uita spiritualis præcipue fidei attribuitur in scriptura, ut patet Abac. 2. & Rom. 1. Iustus autem meus ex fide uiuit, uidetur quod peccatorum remissio fidei attribui debeat & non iustitiæ.

¶ 6 Præter. Idem uidetur ex hoc, quod habetur Act. 16. Fide purificans corda eorum.

¶ 7 Præter. Iustificatio præcedit gratiã sicut motus terminum ad quem: remissio autem peccatorum sequitur gratiam sicut effectus causam. ergo iustificatio prior est quã peccatorum remissio, & si nõ sunt idem.

¶ 8 Præter. Iustitiæ actus est reddere debitum. sed peccatori non debetur uenia, sed magis pena. ergo remissio peccatorum non debet iustitiæ attribui.

¶ 9 Præter. Iustitia respicit meritum, misericordia uero miseriam, ut Bern. dicit: sed peccatoris non est aliquod meritum, sed magis est in statu miserie, quia miseris facit populos peccatum, ut habetur prou. 13. ergo remissio peccatorum non debet attribui iustitiæ: sed magis misericordie. Sed dicendum, quod licet in peccatore non sit meritum congrui, est tamen in eo meritum congrui.

¶ 10 Sed contra, Iustitia æqualitatem respicit: meritum autem congrui nõ est æquale premio. ergo meritum congrui non sufficit ad rationem iustitiæ.

¶ 11 Præter. Remissio peccatorum est vnus de quatuor que requiruntur ad iustificationem impii. ergo iustificatio impii non est peccatorum remissio.

¶ 12 Præter. Quicumque sit iustus, iustificatur: sed aliquis factus est iustus cui peccata remissa non sunt, scilicet Christus & primus homo in statu innocentie, si gratiam habuit. ergo iustificatio non est peccatorum remissio.

149. ad.

Philos. in 5. Ethic.

149. ad.

5. ethic. c. 6. tom. 5.

SED CONTRA est, quod dicitur in glo. Roman. 8.

tio

tio modo, iustitia nominat quendam statum proprium, secundum quem homo se habet in debito ordine ad Deum, ad proximum, & ad seipsum, ut scilicet in eo inferiores vires superiori subdantur: quod appellat Philosophus in 5. Eth. iustitiam metaphoricè dictam, cum consideretur inter diversas vires eiusdem personæ, iustitia proprie dicta semper existente inter diversas personas. Et huic iustitiæ omne peccatum opponitur, cum per quodlibet peccatum aliquid de prædicto ordine corrumpatur. Et ideo ab hac iustitia iustificatio nominatur, siue sicut motus a termino, siue sicut effectus formalis a forma.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de iustitia speciali.

AD II. Dicendum, quod iustificatio non dicitur a iustitia legali, quæ est omnis virtus, sed a iustitia, quæ dicitur generalem rectitudinem in anima, a qua potius quam a gratia iustificatio denominatur: quia huic iustitiæ directe & immediate omne peccatum opponitur, cum omnes potestias animæ attingat: gratia vero est in essentia animæ.

AD III. Dicendum, quod charitas dicitur causa remissionis peccatorum, in quantum per eam homo Deo coniungitur, a quo aversus peccato erat. Non tamen omne peccatum directe & immediate charitati opponitur: sed prædictæ iustitiæ.

Et per hoc patet solutio ad quartum.

AD V. Dicendum, quod vita spiritualis attribuitur fidei, eo quod in actu fidei primo manifestatur spiritualis vita: sicut dicitur in 2. de Anima, quod vivere inest uiuentibus secundum animam vegetabilem propter hoc, quod in eius actu primo manifestatur vita. Non tamen omnis actus uitæ naturalis est per animam vegetabilem, & similiter non omnis actus uitæ spiritualis est fidei, sed aliarum virtutum. Unde non omne peccatum directe, & immediate fidei opponitur.

AD VI. Dicendum, quod purificatio cordis fidei attribuitur, in quantum in purificatione prædicta primo apparet motus fidei, Accedentem. n. ad Deum oportet credere, quia est, ut habetur Hebr. 11.

AD VII. Dicendum, quod sicut iustificatio potest accipi, ut motus ad iustitiã, & ut effectus formalis iustitiæ; ita et remissio culpæ. Nam sicut iustitia formaliter iustificat, ita & culpam formaliter abiicit, sicut formaliter albedo abiicit nigredinem. Sic ergo remissio culpæ, ut est formalis effectus iustitiæ, uel gratiæ, sequitur gratiam, & similiter iustificatio: prout autem significatur, ut motus quidam, præintelligitur ad gratiam, sicut & iustificatio.

AD VIII. Dicendum, quod aliqua operatio potest dupliciter nominari scilicet a principio, & a fine, sicut actio qua medicus agit in infirmum nominatur medicatio ex parte principij, quia est effectus medicinæ: sed ex parte finis dicitur sanatio, quia est uia ad sanitatem. Sic ergo remissio peccatorum dicitur iustificatio ex parte termini uel finis: dicitur etiam & miseratio ex parte principij, in quantum est opus diuinæ misericordiæ, quam uis & in remissione peccatorum aliqua iustitia seruetur, secundum quod omnes uia Domini sunt misericordiæ & ueritas, præcipue quidem ex parte Dei, in quantum remittendo peccata facit quod Deum decet secundum quod Ansel. dicit in Prosologion. cū parcis peccatoribus, iustus es, decet. n. te. Et hoc est quod I. psalm. 53. dicitur. In iustitia tua libera me. Aliquo etiam modo, sed non sufficienter, apparet iustitia ex parte eius cui peccatum remittitur, in quantum in eo aliqua

dispositio ad gratiam inuenitur, licet insufficientis. Et per hoc patet responsio ad nonum & decimum. AD XI. Dicendum, quod remissio peccatorum aliquo modo distinguitur uel re, uel ratione a iustificatione, & sic conuidetur contra gratiæ institutionem, & ponitur unum de quatuor, quæ ad iustificationem impii requiruntur.

AD XII. Dicendum, quod ad iustificationem, in quantum huiusmodi, pertinet iustitiæ collatio: sed in quantum est impii iustificatio, sic ad eam pertinet peccatorum remissio, & hoc modo Christo non competit nec etiam homini in statu innocentie.

ARTICVLVS II.

Utrum peccatorum remissio possit esse sine gratia.

Secundo queritur, utrum peccatorum remissio possit esse sine gratia. Et uidetur quod sic. Facilius enim est destrueri, quam construere: sed homo sufficit per seipsum ad destruendum peccatum, ergo & per seipsum sufficit ad destruendum, & ita remissio peccatorum potest fieri sine gratia. ¶ 2. Præter. Contraria peccata non possunt simul esse eidem, sed aliquis qui tunc in peccato uno, potest per seipsum transire ad contrarium, sicut qui fuit auarus, potest per seipsum fieri prodigus, ergo aliquis per seipsum potest exire a peccato in quod fuit, & sic ad remissionem peccatorum non requiritur gratia, ut uidetur. Sed dicendum, quod peccata sunt contraria, sicut contrarii actus, non autem sicut contrariæ formæ.

¶ 3. Sed contra, Peccatum adhuc remanet quando actu transit, ut August. dicit in li. de Nuptiis & concupiscentia. Nec ad remissionem peccatorum sufficit quod actus peccati transierit, ergo aliquid remanet ex peccato quod remissione indiget: sed contrariorum contrarii sunt effectus, illa ergo quæ ex contrariis peccatis remanent, sunt contraria, & sic non possunt simul esse, & ita idem sequetur quod prius.

¶ 4. Præter. Contrariorum mediatorum, unum potest remoueri sine hoc quod aliud inducatur. sicut nigredo potest expelli absque inductione albedinis: sed iter statum culpæ & statum gratiæ est aliud medium, si status nature condita: in quo secundum quosdam homo neque gratiam habuit neque culpam, ergo non est necessarium ad remissionem culpæ quod aliquis gratiam accipiat.

¶ 5. Præ. Plus potest Deus in reparando, quam homo possit in corrupendo: sed homo potest a statu nature in quo gratiam non habebat, corrumpi in statum culpæ, ergo Deus potest hominem a statu culpæ reducere in statum nature sine gratia.

¶ 6. Præter. Peccatum postquam actu transit, non remanere reatu secundum Aug. in lib. de Nuptiis & concupi. in quantum actus peccati præteritus imputatur ad penam, ergo e contrario dicitur remitti, seci- dum quod non imputatur ad penam, secundum illud psalm. 31. Beatus uir cui non imputatur Dominus peccatum: sed imputare uel non imputare potest aliquid tantum in Deo, ergo ad remissionem peccati non requiritur gratia in eo, cui peccatum remittitur.

¶ 7. Præter. Quicumque est totaliter destruendum & confusum, potest totaliter in illud ad destruendum & confusum, quia cessante operatione causæ cessat effectus: sed homo est totaliter causa peccati, ergo totaliter potest in peccatum destruendum uel destruendum, & sic ut uis, homo ad remissionem peccati gratia non indiget.

¶ 8. Præter. Cum peccatum sit in anima, ab illo solo potest

cap. ultimo. tom. 5.

Com. 14. & 34. to. 2.

cap. 10.

est fieri peccatorum remissio quod animæ illabi-
tur solis autem Deus animæ illabitur secundum
Aug. ergo Deus solus per seipsum absque gratia
peccatorum remittit.

¶ 9 Præ. Si gratia remouet culpam, aut gratia quæ
est, aut gratia quæ non est, non autem gratia quæ
non est, quia quod non est, non facit aliquid, simi-
liter neq; gratia quæ est, quia cum sit accidens, eius
esse est in esse, cum autem inest gratia iam culpa non
inest, & ita expelli non potest. ergo gratia non re-
quiritur ad remissionem culpæ.

¶ 10 Præ. gratia & culpa non possunt simul esse in
anima. si ergo gratia infunditur ad remissionem
culpæ, oportet qd culpa primo fuerit in anima qñ
gratia non erat. ergo cum culpa esse desierit erit da-
re ultimum instantia in quo fuit culpa: & similiter
cum gratia esse incipiat, oportet dare primum in-
stantia in quo gratia inest. hæc autem oportet esse
duo instantia, quia gratia & culpa non simul in-
sunt: inter qualibet autem duo instantia est tēpus
medium, ut probatur in 6. Ph. ergo erit aliqd tps
in quo homo neq; culpam neq; grām hēt, & sic
nō est necessaria gratia, vt vī, ad remissionē culpæ.

¶ 11 Præ. Aug. dicit quod quia Deus nos amat,
ideo nobis sua dona dat, & non e conuerso. donū
ergo gratiæ præsupponit amorem diuinum: sed
amor iste diuinus, quo Deus pater diligit vnigeni-
tum suum, & membra eius, non est hominis exi-
stentis in culpa. ergo culpæ remissio præcedit gra-
tiam ordine naturæ. & sic gratia non requiritur ad
peccatorum remissionem.

¶ 12 Præ. Per circumcisionem remittebatur in le-
ge veteri peccatum originale, ut patet per Bedam.
Circumcisio autem gratiam non conferrebat, quia
cum minima gratia sufficiat ad resistendum cūli-
bet tentationi, hō in statu legis, habuit unde con-
cupiscentiam posset uincere, & sic lex uetus nō oc-
cidebat occasionaliter, ut dī Rom. 7. & sic nō fuit
necessaria mors Christi, quia, si ex lege est iustitia
Christus gratis mortuus est, ut dicitur gal. secūdo
hoc autem est inconueniens ergo inconueniēs ui-
deretur quod circumcisio gratiam conferret. potest
ergo remissio peccatorum fieri sine gratia.

SED CONTRA est, quod dicitur in pl. 77. Record-
atus est, quia caro sunt, spiritus uadens & non re-
diens gl. Hier. per se uadens in peccatum, & non re-
diens per se a peccato, ideo Deus per gratiam reuo-
cat homines, quia per se redire non possunt.

¶ 2 Præ. Rom. tertio dicitur, Iustificati gratis per
gratiam ipsius.

RESPON. Dicendum, quod remissio peccatorū
nullo modo sine gratia gratum facere esse potest.
Ad cuius emendationem sciendum est, quod cum in
peccato sint duo, auersio, & conuersio, remissio,
& retentio peccati non respiciunt conuersionem,
sed magis auersionem, & id quod ad auersionem
sequitur. Et ideo, cum aliquis desinit habere uo-
luntatem peccandi, non ex hoc ipso est sibi pecca-
tum remissum etiam si in contrariam transeat uo-
luntatem. Vnde Aug. in lib. de Nuptiis & Concu-
piscen. si a peccato desistere hoc esset non habere
peccatum, sufficeret, ut hoc nōs mōneret scriptu-
ra. Fili peccasti, nō adicias iterum. Nō aut sufficit:
sed addidit. Et de pristinis deprecare, ut tibi remit-
tantur. Sedm hoc ergo peccatum remitti dicitur,
qd auersio, & ea, quæ consequuntur ipsam ex actū
peccati præteriti consequens, sanatur. Sunt aut tria
ex parte auersionis se se concomitantia, rōne quorū
sine gratia remissio peccatorū fieri nō pōt. s. auer-

sio, offensa, & reatus. Auersio nāque intelligitur a
bono incommutabili, qd quis poterat habere, res-
pectu cuius se impotentem fecit, alias auersio nō
esset culpabilis. Non ergo pōt prædicta auersio re-
moueri nisi fiat coniunctio ad bonum incommu-
tabile, a quo homo per peccatum discessit: hæc autē
coniunctio non est nisi per gratiam, per quā Deus
mentes inhabitat, & mēs ipsi Deo per amorē chari-
tatis inhæret. Vñ ad sanandā prædictam auersio-
nē requiritur grē & charitatis infusio, sicut ad sa-
nationē cecitatis requiritur restitutio potentie ul
suar. offensa ē, quæ ex peccato sequitur sine gra abo-
leri non pōt, siue accipiatur offensa ex parte hois
inquantū hō peccado Deum offendit: siue ex par-
te Dei, s. m quod peccatori est offensus, sed illud
Plal. 5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.
Quicumque n. rē aliquā digniorē indigniori post-
ponit iniuriā ei facit, & ita o amplius quāto res est
dignior. Quicumq; aut in re temporalī finē sibi cō-
stituit, quod facit omnis mortaliter peccās, ex hoc
ipso quantum ad effectum suum præponit creatu-
ram creatori, diligens plus creaturam quam crea-
torem. Finis. n. est, quod maxime diligitur. Cum
ergo Deus in infinitum creaturam excedat, erit pec-
cantis mortaliter cōtra Deum infinita offensa ex
parte dignitatis eius, cui per peccatum quodā mo-
do iniuria fit, dum ipse. Deus cōtēditur & eius p-
ceptū. Vñ ad hanc offensam abolēdā nō sufficūt
uires humane: sed requiritur munus diuinæ græ.
Ipse ē Deus dicit peccatori offensus uel cum odi-
re, non odio quod opponitur amorī, quo diligit
ōia, sic. n. Nihil odit corū quæ fecit, ut dī Sap. 11.
sed qd opponitur amorī, quo diligit sanctos, bona
æterna eis preparando. huius aut amoris effectus
est donum gratiæ gratum facientis, vt in qōne de
Gratia dictū est. Vnde offensa, qua Deus homini
offenditur non remouetur nisi per hoc, qd grā
dat. Reatus ē peccati non solum est obligatio ad
penam sensibilem: sed pōt ad penam damni,
quæ est carentia gloriæ. Vnde reatus non tollitur
quamdiu homini non datur unde possit ad gloriā
peruenire, hoc autem est gratia. Et ideo sine gra-
tia peccatorum remissio fieri non potest.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ipsum pec-
catum est quædam gratiæ destructio, eius autem
remissio est constructio. Vnde facilius est peccatum
incurrere, quam a peccato exire.

AD II. dicendum, quod peccata habent contra-
rietatem ex parte conuersionis ex qua non atten-
ditur peccatorum remissio, vt dictū est. Ex parte
autem auersionis & eorum quæ auersionem sequi-
tur, habent conuenientiam. Vnde nihil prohibet,
contrariorum actuum precedentium reatus sim-
ul in anima remanere. Non enim qui ex auari-
tia in pī odigitalitatem mutatur reatum auaritiæ ha-
bere desinit: sed solum actum uel habitum.

AD III. dicendum, quod peccata quantum sint
contraria ex parte conuersionis, non tamen opor-
tet quod auersiones reatus remanentes sint cōtra-
ria: quia sunt effectus contrariorum per accidens,
cum eneniant præter intentionem operantis. Ex
contrarietate autem causarum sequitur contrarie-
tas in effectibus, qui sunt per se, & non qui sunt p ac-
cidens. Vnde & ex contrariis actibus sequitur cōtra-
rii habitus & dispositiones: huiusmodi n sunt effe-
ctus actuum peccati secundum suam speciem.

AD IIII. dicendū, qd supposita illa opinione, qd
Adam aliquo tpe neque gratiam neque culpā ha-
buerit, quantum hoc a quibusdam non cōcedat,
dicendum

AD V. dicendū, qd supposita illa opinione, qd
Adam aliquo tpe neque gratiam neque culpā ha-
buerit, quantum hoc a quibusdam non cōcedat,
dicendum

AD VI. dicendū, qd supposita illa opinione, qd
Adam aliquo tpe neque gratiam neque culpā ha-
buerit, quantum hoc a quibusdam non cōcedat,
dicendum

AD VII. dicendū, qd supposita illa opinione, qd
Adam aliquo tpe neque gratiam neque culpā ha-
buerit, quantum hoc a quibusdam non cōcedat,
dicendum

AD VIII. dicendū, qd supposita illa opinione, qd
Adam aliquo tpe neque gratiam neque culpā ha-
buerit, quantum hoc a quibusdam non cōcedat,
dicendum

11. de Eccl.
dogmatibus
c. 3. tom. 3.
inter opera
Aug.

Per aliquos
ueteres a pri-
cipio 10. 2.

Ex habent
cui homi-
nibus inest
humilitas et
irauciles
p. 10. 10. 10.
de 10. 10. 10.

11. ca. 26.
de 10. 10. 10.

mens
lumi-
orum
a in-
intra-
diuili

is in-
no. ad
rimine
on non
entia.

missio
c. Faci
di ho-
pecca-
dum,
gratia.
mul-
mo. po-
erit qui
as ego
in quo
in mot
pecc
autem

mido
c. 10
um lū
und re-
fedit
que ex
& sic
it prius
um pōt
2. de
albedi-
est aliq
cūdam
culpa
in culpa

nam ho
trita la
ormere
em a la-
gratia.
ic. dī re-
pūpis &
us impo
trō. lēcū
undum
Domī
urace po
fionem
remittit
licus,
construē
ans: sed
liter pōt
dī, & sic
indiget
solo po
rest

Dicendum est, quod nihil prohibet aliqua contraria esse mediata respectu alicuius subiecti simpliciter accepti, quæ sunt immediata quantum ad tempus determinatum, sicut cæcus, & videns sunt mediata in cane, non tamen post nonum diem: similiter & homini respectu status naturæ condita gratia, & culpa comparantur ut contraria mediata, sed post illud tempus quo Adam gratiam accepit, vel accipere potuit, ita quod in oēs eius posteriores transiret, nullus caret gratia nisi per culpam actualē, vel originālē.

Ad v. dicendum, quod etsi Adam in statu suæ conditionis gratiam non habuit nisi quosdam, ponitur tamen ab eisdem quod ante eam gratiam est adeptus. Unde a statu gratiæ cecidit, & non solum a statu naturæ: sed tamen si a solo statu naturæ decidisset, nihilominus tamen ad expiationem infirmitatis offensæ donum diuine gratiæ requireretur.

Ad vi. dicendum, quod sicut dilectio Dei qua non diligit, consequenter aliquem effectum in nobis relinquit, scilicet gratiam, per quam digni reddimur uita æterna, ad quam nos dirigit, ita hoc ipsum quod est Deum non imputare nobis nostra delicta, ex consequenti relinquit in nobis aliquid, per quod a reatu prædicto digni sumus absolui, & hoc est gratia.

Ad vii. dicendum, quod peccator per se est peccati causa quantum ad conuersionem, sed quoad auersionem & ea quæ eam consequuntur, est causa per accidens, cum sit non intenta. Hæc enim per se causam habere non possunt, cum ex his sit ratio mali in peccato: malum enim causam non habet secundum Dionysium. 4. ca. de diu. nomi. Vel dicendum, & melius, quod peccator est causa peccati quantum ad fieri, non autem est causa permanentiæ eorum quæ ex peccato relinquuntur, immo horum est causa partim iustitia diuina, per quam iuste ordinatum est, ut qui noluit stare in gratia dum posset non posset etiam si uelit; partim ex defectu uirium naturæ quæ non sufficiunt ad expiationem, rationibus iam dictis. Sicut homo cum se in foueam proicit, est causa ipsius proiectionis: sed quæ eam consequitur, est ex natura. Unde non potest a fouea exire, sicut potuit se in foueam proicere, & similiter est in proposito.

Ad viii. dicendum, quod operari remissionem culpæ intelligitur dupliciter, effectiue, & formaliter: sicut facere album effectiue conuenit pictori, formaliter albedini. Gratia igitur non est medium in remissione culpæ sicut effectiue operans, sed tamen formaliter. Per hoc autem quod dicitur quod solus Deus anima illabitur, non excluduntur qualitates animæ uel naturales, uel gratiæ, his enim anima informatur; sed excluduntur alie substantiæ subsistentes quæ intra animam esse non possunt, sicut Deus est, qui intimus est in anima quam formæ prædicte, eo quod Deus est in ipso esse animæ, ut causans & conseruans, sed prædicte formæ, uel qualitates ad hoc non pertingunt, sed essentiam animæ quasi circumstanti.

Ad ix. dicendum, quod gratia quæ est & inest, culpam expellit, non eam quæ est, sed quæ non est, prius autem erat. Non enim expellit culpam per modum causæ efficientis (sic enim oporteret, quod ageret in culpam existentem ad ipsius expulsionem, sicut ignis agit in aerem existentem ad eius corruptionem) sed expellit culpam formaliter. Ex hoc enim ipso quod informat subiectum, sequitur quod culpa in subiecto non sit, sicut patet de sanitate & infirmitate.

Ad x. dicendum, quod ad hoc & similia solet esse multiplex ratio. Prima est, quod instantis quæuis sit uel re, est tamen plura ratione, in quantum est principium futuri,

ri, & finis præteriti: & sic nihil prohibet simul in eodem instanti esse culpam & gratiam in anima, ita tamen quod culpa inest in illo instanti, si in quod est finis præteriti, gratia autem si in quod est principium futuri. Sed hoc stare non potest. Nam esse principium futuri, & finem præteriti dicit diuersum respectum instantis, ex quo eius substantia non multiplicatur, sed manet una, & ita si rem sequitur culpa & gratia in eodem indivisibili temporis esse in anima. Nam instantans nominat indivisibile temporis, hoc autem esse impossibile, & ita sequitur contraria simul inesse. Et præterea si in philosophia 8. Physicorum. Quod aliquid in mouendo utitur uno signo ut duobus, necesse est interdiciere quæritur mediā, per quod probatur motus reflexos non esse continuos: nisi si aliquid utatur uno instanti ut duobus, oportet quod intelligat aliquid mediū, & sic erit anima aliquid sine gratia & culpa, quod est inconueniens. Et si alii dicunt, quod sicut inter duo puncta unius lineæ cadit linea media, non autem inter duo puncta duarum linearum se tangentium: ita non est necessarium quod inter instantans quod est ultimum temporis, in quo culpa inerat, & inter instantans quod est primum temporis in quo gratia inest sit tempus mediū, cum sit instantia diuersiorum temporum. Sed hoc iterum stare non potest. Nam linea, quæ est mensura intrinseca, diuiditur in rerum distinctione. Tempus autem est mensura extrinseca, & est unum respectu eorum quæ sunt in tempore: non enim alio tempore mensuratur esse culpe, & alio gratiæ, nisi dicamus alio tempore, scilicet alia parte eundem temporis continui: & id oportet intermittere inter duo instantia respectu quatuordecim; rerum distinctarum, esse aliquid tempus medium. Et præterea, duo puncta duarum linearum se tangentium designatarum in corporibus locatis, uniuertim in uno puncto designato exteriori linea corporis locatis: quæ coniunguntur quorum ultima sunt simul. Unde dato quod diuersarum sunt diuersa tempora non continua, sed quali coniuncta, oportet nihilominus quod in tempore exteriorius mensurante respondeat eorum terminis uniuertim in illis, & sic redibit inconueniens prædictum, quod culpa & gratia sint simul. Et si alii dicunt quod huiusmodi mutationes spirituales non mensurantur tempore, quod est numerus motus cæli, eo quod anima & quilibet ipsius temporalis substantia est supra tempus: sed hinc apparet tempus, in quantum in eis inuenit prius & posterius, nec tamen huiusmodi tempus est continuū, cum continuus temporis, si in philosophia 4. physicorum, consequatur continuus motus, affectiones autem animæ non sunt continue. Sed hoc est in proposito non habet locum. Nam si mensurantur non solum quod sunt per se in tempore, sicut est motus cæli, sed etiam ea quæ habent per accidens ordinem ad motum cæli, in quantum consequuntur ex aliquo quod per se habent ordinem ad tempus prædictum. Et sic est in iustificatione impii, quæ consequitur ex aliquibus cogitationibus locutionibus, & aliis huiusmodi motibus, qui per se mensurantur tempore motus cæli. Et si aliter est dicendum, quod non est dare ultimum instantans in quo peccator habet culpam, sed ultimum tempus. Cuius tamen dare primum instantans, in quo habuit gratiam, quod eodem instantans est terminus illius temporis, in quo culpam habuit: iterum tempus autem & terminum temporis nihil cadit mediū. Unde nec oportet dare aliquod tempus, uel instantans, in quo aliquid nec culpam, nec gratiam habet: hoc autem sic patet. Nam si uisio gratiæ cum sit in instanti, est terminus cuiuslibet motus continui, utpote actus meditationis, per quem affectus disponit ad gratiam susceptionem, & eiuslibet motus terminus est remissio culpæ: quæ ex hoc ipso culpa remittitur, quo gratia infunditur. In illo ergo instanti est primo terminus remissionis culpæ, non habet culpam,

P. 4. a. med. illius.

pam. & infusionis gratia. s. habere gratiam. In toto ergo tempore precedenti quo terminatur ad hoc inians, quo tempore mensurabatur motus meditationis predictæ, fuit peccator d. habens culpam, & non habens gratiam, nisi tantummodo in ultimo instanti, ut dictum est. Sed ante d. ultimum instans huius temporis non est accipere aliud immediate proximum: quia quodcumque instans accipitur aliud ab ultimo, inter ipsum & ultimum erunt infinita instantia media. Et sic patet qd non est accipere d. ultimum instans in quo iustificatus sit habens culpam, & non habens gratiam: est aut accipere primum instans in quo habet gratiã, & non habet culpam. Et hæc solutio potest accipi ex uerbis Philolophi in 8. Physic.

Ad 11. dicendum, quod Deus suo amore sicut causat in nobis donum gratia, ita & remissionem culpæ: unde non oportet qd remissio culpæ gratiã precedat. Sequeretur autem si remissio culpæ Dei amorem precederet, & non ex eo sequeretur.

Ad 12. dicendum, quod sacramenta significant do causant, hoc. n. causant quod figurant. Et quia circumcisio habet significationem in remouendo, ideo eius efficacia directe ordinabatur ad remotionem culpæ originalis, sed ex consequenti ad gratiam, siue ex uirtute circumcissionis gratia daretur per modum quo datur ex uirtute baptismi, ut qdam dicunt: siue detur d. a Deo concomitanter ad circumcissionem, & sic remissio culpæ fiebat sine gratia: tamen illa gratia nõ ita perfecte reprimebat concupiscentiam, sicut gratia baptismalis. Vñ difficilius erat concupiscentie resistere circumcisio quã baptizatio, & occasione huius lex uetus occasionaliter occidere dicebatur quamuis circumcisio intra legis Moisaicæ sacramenta non contineatur, eo qd non est ex Moyse, sed ex patrib. ut dicitur Io. 7. Et si in circumcissione aliqua dabatur gratia, non est cõtra hoc quod dicitur. Lex uetus nõ iustificabat.

ARTICVLVS III.

Utrum ad impij iustificationem liberum requiratur arbitrium.

TERTIO queritur, utrũ ad iustificationem impii liberum arbitrium requiratur. Et uidetur quod non. Illud. n. quod potest competere nõ habentibus usum liberi arbitrii, non requirit usum liberi arbitrii: sed iustificatio competit pueris nondum habentibus usum liberi arbitrii, qui per baptismum iustificantur. ergo iustificatio impii usum liberi arbitrii non requirit. Sed dicendum, quod hoc speciale est in pueris qui tenentur peccato solum, quod aliunde contrahitur, nec habet locum in adultis, qui propriis peccatis tenentur.

¶ 2. Sed contra Est, quod Aug. dicit in 4. Confess. qd cum quidam suus amicus laboraret febrib. iacuit diu sine sensu in sudore letali, & cõ desperaretur, baptizatus est nesciens me non curante, & præsumente id retinere potius animam eius quod a me acceperat, non quod in nescientis corpore fiebat, longe autem aliter erat, nam recreatus est: recreatio autem fit per gratiam iustificationem. ergo gratia iustificans quandoque confert adulto sine motu liberi arbitrii. Sed dicendum, quod hoc habet locũ solum ubi homo iustificatur per sacramentum.

¶ 3. Sed contra. Deus potentia sua non alligauit sacramentis. cõ ergo iustificatio sit opus diuinũ ex eius potentia depẽdens, vñ qd est sine factis aliquis adultus iustificari possit præter motum liberi arbitrii.

¶ 4. Præt. Homo in aliquo statu esse potest, in quo sit adultus, & non habeat peccatum actuale, sed origi-

nale tantum: in primo. n. instanti quo aliquis est adultus, si non sit baptizatus, adhuc subiectus est originali peccato, neque tamen adhuc hêt aliquod actuale, quia adhuc nihil transgrediendo cõmissit quo reus peccati teneatur. Nec iterũ est reus omissionis, quia præcepta affirmatiua nõ obligant ad sp: unde nõ oportet quod homo statim in primo instanti quo est adultus, præcepta affirmatiua obseruet. sic ergo adultus potest habere peccatum originale absque oĩ actuali, ut uidetur. si ergo hæc est causa, quare puer potest iustificari sine motu liberi arbitrii, uidetur quod eadem ratio sit in adulto.

¶ 5. Præt. Quando cumque aliquis cõter inest aliquibus, oportet quod eis conueniat sedm aliquã causam communem: iustificari aut conuenit pueris & adultis. cum ergo sola gratia sit causa iustificationis in pueris, uidetur quod etiam absque usu liberi arbitrii sufficiat ad iustificationem in adultis.

¶ 6. Præt. Sicut iustitia est donum Dei, ita sapientia; sed sapientiam Solomon accepit dormiens, ut hñ 3. Regum 3. ergo eadem rone & gratiam iustificationem homo potest dormiens, & absque usu liberi arbitrii accipere. Sed dicendum, quod merito pcedenti Salomon in dormiendo sapientiam accepit.

¶ 7. Sed contra. Sicut in bonis requiritur uoluntas, ita & in malis, quia peccatum nõ est nisi uoluntarium: sed uoluntas pcedens sonũ non facit, ut id qd in sono agitur, sit peccatum. ergo nec aliquid facit ad hoc, quod aliqd diuinum donum in sono percipiatur.

¶ 8. Præt. Sicut in dormiente ligatur usus liberi arbitrii, ita & in egrotante: sed egrotans absq; usu liberi arbitrii iustificatur, ut patet ex auctoritate Augustini. ergo & dormiens, & sic idem quod prius.

¶ 9. Præt. Deus est potentior omnino creato agente: sed sol materialis lumen suum influit aeri nulla preparatione in ipso aere pcedente. ergo multo fortius Deus lumen gratia animæ infundit absq; omni preparatione, que fit per actum liberi arbitrii.

¶ 10. Præt. Cum bonum sit communicatiuum sui, secundum Dion. Deus qui sum me bonus est, sum me scriptum communicat: hoc autem nõ esset, nisi se communicaret & preparanti se, & non preparanti. ergo in iustificatione impii non requiritur usus liberi arbitrii quasi preparatio ex parte hominis.

¶ 11. Præt. Aug. dicit 8. super Genes. ad literam, qd Deus hoc nõ operatur iustitiam in hoĩe, sicut sol lumen in aere, qd deficit solis deficiente influxu, nõ sicut artifex q operat arcã, in qua postquã facta e nihil operat: sed sol eodẽ nõ operat in aere cõ primo illuminatur aer, & cõ lumẽ in eo cõtinuat. ergo Deus eodẽ nõ operatur iustitiã in hoĩe cõ primo iustificatur, & cõ iustitia in eo conseruatur: sed iustitia conseruatur in hoĩe usu liberi arbitrii cessante, sicut patet in dormiente. ergo homo potest a principio iustificari absq; oĩ motu liberi arbitrii.

¶ 12. Præt. Dispositio quæ requiritur de necessitate ad introductionem alicuius formæ, ita se hêt qd sine ea forma remanere non potest, sicut patet de calore, & forma ignis: sed sine usu liberi arbitrii potest remanere iustitia, ut in dormiente. ergo usus liberi arbitrii non est dispositio quæ de necessitate requiritur ad gratia infusionem.

¶ 13. Præt. Id quod naturaliter est prius, & potest & non esse sine posteriori, non requirit potterius ad hoc qd in esse dicatur, ut patet de gratitate & descensu, sine quo grauitas esse potest, cum s. corpus graue impeditur a suo motu: sed gratia est prior naturaliter quã usus liberi arbitrii, sine quo & potest esse & non esse, est. n. eius formale principium, sicut grauitas

In arg. 2. huius artic.

Cap. 4. de diu. nom. circa prin.

Cap. 14. & lib. 4. c. 12. to. 3.

grauitas naturalis motus. ergo gratia potest infundi sine usu liberi arbitrii.

¶ 14 Præf. Corpus infirmū culpam in animā inducit originalē absq; oī usu liberi arbitrii. ergo multo fortius Deus, qui est potentissimus, non requirit usum liberi arbitrii ad hoc, q̄ gratiam infundat.

In p̄f. Hier. ex Orig.

¶ 15 Præf. Deus pronior est ad miserēdum, quā condēmandum, ut dicit glos. in principio Hier. sed Deus punit pueros decedentes, sine baptismo absque omni usu liberi arbitrii. ergo multo magis miseretur gratiam infundendo.

¶ 16 Præf. Dispositio ad formam, quæ exigitur in recipiente formam, non est ab ipso recipiente, sed ab alio, sicut calor qui in lignis præcedit, ut dispositio ad formā ignis, non est ab ipsis lignis: sed vsus liberi arbitrii est ab homine iustificando. ergo non requiritur, ut dispositio ad gratiam habendam.

Concione. 3 in p̄f. 17. to. 8. referuntur i. 2. sen. di. 27

¶ 17 Præf. Iustificatio est p̄ infusioē gr̄e, & virtutum: sed s̄m Aug. virtutem solus Deus in nobis, sine nobis operat. ergo ad iustificationem operatio n̄fa, quæ est per usum liberi arbitrii, nō requiritur.

¶ 18 Præf. Secundum Apost. Rom. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: vsus autem liberi arbitrii quædam operatio est. si ergo vsus liberi arbitrii ad iustificationem requiritur, iustificatio nō erit ex gratia, sed ex debito, quod est hæreticum.

¶ 19 Præf. Magis est remotus ille a gr̄a qui contra operatur gratiæ, quā ille qui penitus non operatur: sed Deus aliquando dat gratiam alicui qui per liberum arbitrium contra operatur, sicut pater de Paulo Act. 9. cui dictum est. Durū est tibi contra s̄i mulum calcitrare. ergo multo fortius alicui absq; usu liberi arbitrii, quandoque gratia infunditur.

¶ 20 Præf. Agens infinita virtutis non requirit aliquam dispositionē in patiente: quanto n̄. agens est virtuosius, tanto minori dispositione præexistente complet suum effectū: sed Deus est agens infinita virtutis, int̄m quod non requirit materiam præexistētem, sed operatur ex nihilo. ergo multo minus requirit dispositionem, & ita in iustificatione impii, quæ est opus diuinum, non requirit usum liberi arbitrii, quasi dispositionem ex parte hominis.

Inclinearit ibid.

SED CONTRA est, quod super illud 3. Reg. 3. Potestula quod vis, ut dem tibi, dicit glos. Gratia Dei liberum requirit arbitrium: sed iustificatio fit per gratiam Dei, ut habetur Rom. 3. ergo ad iustificationem requiritur usus liberi arbitrii.

In li. de gratia & li. arb. non longe a prin.

¶ 2 Præf. Ber. dicit, q̄ iustificatio tā absq; consensu nō potest esse recipientis, q̄ absq; gr̄a dantis: sed consensus recipientis est actus liberi arbitrii. ergo absque usu liberi arbitrii homo iustificari non potest.

¶ 3 Præf. Ad receptionē formæ requiritur aliqua dispositio in recipiente, nō. n. quælibet forma i quo libet recipitur: sed actus liberi arbitrii se habet, ut dispositio ad gratiam: ergo ad receptionem gratiæ iustificantis usus liberi arbitrii requiritur.

¶ 4 Præf. In iustificatione impii contrahit quoddā spirituale matrimonium hoīs ad Deum, Osce 2. Spōsabo te mihi in iustitia: sed in matrimonio carnali requiritur mutus cōsensus. ergo multo fortius i iustificatione impii, & sic requiritur ibi usus lib. arb.

Csp. 3. to. 5.

¶ 5 Præf. Iustificatio impii non fit sine charitate, quia ut dicitur Prover. 10. Vniuersa delicta operit charitas: sed charitas, cum sit quedam amicitia cū readamatione est, ut patet per Philos. in 8. Ethico. mutus autem amor requirit in utroque usum liberi arbitrii. ergo iustificatio sine usu liberi arbitrii esse non potest.

RESPON. Dicendum, quod nullus habens usum liberi arbitrii potest iustificari absque usu liberarbitrii qui fit in ipso instanti suæ iustificationis. In his autem qui non sunt compotes suæ voluntatis sicut pueri, hoc non requiritur ad iustificationē, cuius rō triplex assignari potest. Prima sumitur ex habitudine agentis & patientis adinueniem. Patet. n. in corporalibus quod actio non perficitur sine aliquo contactu, quo uel solū agens tangit patiens, qñ patiens non est natum tangere agēs, sicut cum corpora superiora agunt in ista inferiora tangēta ea, & non tacta ab eis: uel mutuo se tangunt agēs & patientes, qñ utriq; natū est tangere & tangi, sicut cum ignis agit in aquam: uel econuerso. Unde & i spiritualibus qñ natus est esse mutus cordatus, nō cōpletur actio sine contractu mutuo, alioquin nullū cit qd agens tangat patiens. Ipse autē Deus qui iustificat impium, tangit aīam gratiam in eacalando: unde & in p̄f. 143. Tange montes. glos. 3. de gratia tua. Mens autē humana aliquo modo tangit Deū eū cognoscendo, uel amando: unde & in adultis q̄ possunt Deum cognoscere & amare requiritur aliquid usus liberi arbitrii quo Deum cognoscant & amant, & ista est conuersio ad Deū, de qua dicit Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Pueri autē carentes usu liberi arbitrii non possunt Deum cognoscere & amare: unde in eis sufficit ad iustificationem quod ab eo tangantur per gratiæ infusionē. Secūda ratio sumitur ex ipsa ratione iustificationis. Iustitia. n. secundum Anselm. in li. de Veritate, est rectitudo uoluntatis p̄ se seruatiōnis iustificatio est quadam uoluntatis immutatio. Voluntas autē accipitur & pro ipsa potentia & pro actu potentia: Actus autē potentia uoluntatis immutari nō potest, nisi ipsa cooperante: si n. non esset in ipsa non esset eius actus. Ipsa uero potentia uoluntatis licet sine sua cooperatione est facta, ita sine sua cooperatione potest immutari. In adultis autē requiritur immutatio actus uoluntatis ad iustificationem, sicut n. per actum uoluntatis ad aliquid inordinate conuersi. Quæ quidem conuersio immutari non potest nisi per actū contrarium uoluntatis, & iō ad iustificationē adultorū actus liberi arbitrii requiritur. Sed pueri q̄ nō hnt per actum uoluntatis propriam uoluntatem ad aliqd conuersiōem, sed habent solū potentia uoluntatis culpabiliter originali iustitia delicta, pnt iustificari sine motu propria uoluntatis. Tertia rō sumitur ex similitudine diuinæ operationis in reb. corporalibus. Deus. n. aliquem effectū producit, quem iterum potest producere natura. s̄m cum dem dispōnem producit sicut & natura. Sicut si Deus aliquē miraculose sanat, sanitatē in eo curabit cum quadam adæquatione humorū, quam et natura operādo iterdū aliquē sanat, s̄m illud Phil. lof. in 2. phys. q̄ si natura faceret opus artis, eodem modo faceret sicut ars facit, & econuerso. Ex naturalibus autē homo iustitia hēre potest dupliciter. uno modo ut naturalē, uel innatā s̄m quod quidam ex ipsa natura sunt proni ad opera iustitiæ: alio modo ut acquisitam. Iustitia igitur acquisita ex operibus similis est iustitia infusa, per quam iustificantur adulti: unde sicut in iustitia politica acquisita requiritur actus uoluntatis, quo quis amat iustitiam, ita et in adultis iustificatio non completur sine usu liberi arbitrii. Iustitia uero infusa, per quam iustificantur paruuli, similis est naturali aptitudini ad iustitiam, quæ etiam in pueris inuenitur, & ad naturam usum liberi arbitrii requiritur.

H

I

K

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia pueri non

non habent vñ possunt conuerti ad causam iustifi-
cātē, ipsa cā iustificans, passio Christi, applicatur
eis p sacramētum baptismi, & ex hoc iustificant.

AD II. Dicendum, q̄ de adulto qui nō est suæ
mentis compos distinguendum est, quia si nunq̄
habuit vsum suæ rōnis, idem iudicium est de eo,
quod de paruulis. Si autem iudicium rationis ali-
quādo habuit, si in illo tēpore quo vsum rōnis ha-
buit, baptismum desiderauit, si tempore amentie
baptizetur non sentiens, vel retinens, consequitur
effectum baptismi propter voluntatem preceden-
tem, & tunc precipue quando post baptismum
recuperat vsum liberi arbitrii, & placet ei quod fa-
ctum est, in quo casu loquitur Aug. Hoc. n. quod
contra nititur, non sibi imputatur, cum non vo-
luntate agat, sed phantasia agatur. Si autē dum erat
suæ mētis cōpos baptismum nō desiderauit, non
est sibi vel nō sentiens, vel retinēti baptismus exhi-
bēdus in quantumcumq̄ sit mortis periculo. Iuda-
bi. n. secundum vltimum instans, in quo suæ men-
tis cōpos fuit, & si sibi exhibeat nō accipit nec sa-
cramentum, nec rē sacramenti, quia ex ipsa inuo-
catione Trinitatis, & sanctificatione aque miracu-
lose possit in eo aliqua dispositio relinq̄, ut cū reci-
perauerit vsum lib. arb. faciat ad bonum i. muret.

AD III. Dicendum, quod et sine sacro Deo ali-
quib. paruulis gratiam infundit, sicut patet de fan-
tificatis in utero. Similiter at posset alicui adulto
q̄ nō esset cōpos suæ mētis absq̄ sacro gratiam cō-
ferre eodem modo quo cum sacramento cōfert.

AD IIII. Dicendum, q̄ ista positio apud quos-
dam impossibilis reputatur, quod aliquis adultus
habeat p̄tū originale sine actuali. Cum. n. adultus
esse incipit, si quod in se est, faciat, gratia ei dabit̄
per quam a peccato originali erit immunis: quod
si non faciat, reus erit peccati omissionis. Cum. n.
quilibet teneatur peccatum vitare, & hoc fieri non
possit nisi p̄stito sibi debito sine, tenetur quilibet
cum primo suæ mentis est cōpos, ad Deum se con-
uertere, & in eo finem constitutere, & per hoc ad
gratiam disponitur. Et p̄terea Aug. dicit quod con-
cupiscentia peccati originalis paruulum facit habi-
lem ad concupiscendum, adultus vero actu concu-
piscere. Non. n. de facili contingere potest, ut aliq̄
peccato originali infectus, concupiscentie peccati
se per conscientiam peccati non subdat.

AD V. Dicendum, q̄ iustificatio secundum vnā
cōm causam inest paruulo & adulto, s. secundum
gram, q̄ tñ recipitur in paruulo & adulto diuersi-
mode secundum diuersam vtriusq̄ cōditionem;
omne. n. quod recipitur in aliquo, est in eo per mo-
dum recipientis. Et inde est qd̄ in adulto recipitur
gratia cum usu liberi arbitrii, non autē in paruulo.

AD VI. Dicendum, q̄ ad hoc potest tripliciter
responderi. Vno modo, vt dicatur quod somnus
ille in quo Salomoni fuit sapientia i. fusa, non fuit
somnia naturalis, sed somnus prophetie, de quo
habetur Num. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta
Dñi in uisione apparebo ei, uel per somnium lo-
quar ad eum: in hoc autem somno u. f. libe. arb.
non ligatur. Alio modo potest dici quod sicut ad
infusionem iustitiæ requiritur quod voluntas, q̄
est eius obiectum, conuertatur ad Deum, ita in in-
fusione sapientie requiritur quod intellectus con-
uertat ad Deū. In somno autem potest intellectus
cōuerti ad Deum, nō autem lib. arb. vel voluntas,
cuius rō est, q̄ ad intellectum duo pertinent, s. per-
cipere, & iudicare de perceptis. Intellectus autem
in dormiendo non impeditur quin aliquid perci-

Apiat, vel ex his quæ prius considerauit, vnde quan-
doque homo dormiēdo syllogizat: vel ex illustra-
tione alicuius substantie superioris, ad cuius pre-
ceptionem intellectus dormiētis est habilior pro-
pter quietem ab actibus sensuum, & precipue phā-
tasmatis quietatis: vnde d̄ lob. 38. per somnū
in uisione nocturna qñ sopor solet occupare ho-
mines, & dormiunt in lectulo suo, tunc aperit au-
res virorum, & erudiens eos instruit disciplinam,
& ista est cā precipua quare in somnis prouident
futura: sed perfectum iudicium intellectus non po-
test esse in dormiēdo, eo quod tunc ligatus est sen-
sus, qui est primum principium nostre cogitatio-
nis. Iudicium enim fit per resolutionem in princi-
pia: vnde de omnib. oportet nos iudicare secundū
id quod sensu accipimus, ut d̄ in 3. Celi & Mun-
di. Vñ autem liberi arbitrii sequitur iudicium
rōnis; & iō usus liberi arbitrii, per quē voluntas in
Deū conuertitur, in dormiēdo sufficiens esse nō
pōt, quia & si sit aliquis motus uoluntatis, magis
sequit phantasia quam iudicium completum rō-
nis: & iō hō in dormiēdo percipere pōt sapiētiā,
non autem iustitiā. Tertio mō pōt dici quod in
tellectus cogitur ab intelligibili, voluntas autē non
pōt cogi ab appetibili; & iō absque usu liberi arbi-
trii pōt infundi sapiētia, q̄ est rectitudo intellectus,
non autem iustitia, quæ est rectitudo uoluntatis.

B
C
D
E

AD VII. Dicendum, quod motus lib. arb. qui
precedit in uigilante, non pōt facere vt actus dor-
miētis sit meritorius, vel demeritorius s. m. se cōsi-
ratus: pōt tñ facere quod habeat aliquā rōnem bo-
nitatis vel malitiæ, in quantum uirtus actus uigilantis
relinquitur in operib. dormientium, sicut uirtus
causæ relinquitur in effectu. Et inde est quod uirtuo-
si nascuntur in dormiēdo meliora theoremata
præ aliis nō uirtuosis, ut d̄ in 1. Eth. Et inde est etiā
quod nocturna pollutio interdū culpabilis impu-
tatur. Et sic etiam Salomon in uigilando potuit se
disponere ad sapiētiā accipiēdā in dormiēdo.

AD VIII. Dicendum, quod sacramētum bap-
tismi nō est exhibēdū agrotō dum non est suæ mē-
tis compos, et si prius habuit uotū baptismi, nisi
quādo timetur periculum mortis, quod quidem
de dormiēte non timetur: vnde quātum ad hoc
est dissimile, quantum uero ad alia simile.

AD IX. Dicendum, quod aer secundum natu-
rā suæ speciei est in ultima dispositione ad lumen
suscipiendum ratione diaphaneitatis: & ideo sta-
tim ad præsentiā illuminatis illuminatur, nec re-
quiritur aliqua alia preparatio, nisi forte remotio
prohibentis. Sed mens intellectualis non est in ul-
tima dispōne ad susceptionem iustitiæ, nisi cū est
actu uolens, quia potentia compleitur per actum,
per quem determinatur ad alterum oppositorum
de se in potentia existēs ad utrumq̄; sicut materia
in potentia existens ad plures formas per dispōnes
aptatur ad unam formam magis quam ad aliam.

AD X. Dicendum, quod Deus in infinita bonitate
seipsum communicat creaturis secundū aliquam
similitudinem suæ bonitatis quam eis largitur ex
hoc ipso q̄ optimo modo suam bonitatem commu-
nicat, ad quem modū pertinet ut ordinate secun-
dum suam sapientiam dona sua largitur, hoc est,
unicuique s. m. suam conditionē: & inde est quod
requiritur dispositio, uel preparatio aliqua ex par-
te eorum quib. Deus sua dona largitur: uel pōt di-
ci, q̄ obiectio illa procedit de preparatione quæ tē-
pore precedit gratie infusionē, sine qua Deus quā-
do que gratiam tribuit, subito in aliquo motū con-
tritionis

Ca. u. l. a. me.

Deat. de tē
p̄tū. no.
nec. d̄. d̄. d̄.
ca. 30.

tritionis operans, & grām infundens: quia ut dicitur Eccl. 11. Facile est in oculis Dei honestate pauperē. Non autem per hoc excluditur usus liberi arbitrii, qui est in ipso instanti quo gratia infunditur. In hoc enim ostenditur perfectior communicatio diuine bonitatis, quod simul facit in homine habitum & actum iustitiæ, quam si faceret habitum tantum.

Ad XI. Dicendum, quod sicut sol est causa luminis non solum quantum ad esse, sed quantum ad fieri, ita est Deus est causa gratiæ, & quantum ad esse, & quantum ad fieri. Aliquid autem requiritur ad fieri rei quod importat quandam imitationem, quod non requiritur ad esse ipsius, sicut cum sit lumen in aere, requiritur quod aer se habeat in alio respectu ad solem quam ante, quod fit per motum solis, sine quo posset esse conseruatio luminis in aere sole semper præsentē. Et similiter ad fieri ipsius gratiæ requiritur quod voluntas alio modo se habeat ad Deum, quam prius, ad quod exigitur immutatio voluntatis, quæ sine usu liberi arbitrii non est in adultis, ut dictum est.

In isto. art.

Ad XII. Dicendum, quod aliqua dispositio requiritur ad fieri rei, quæ non requiritur ad esse rei, sicut patet, præcipue in generatione animalium & plantarum. Unde prohibet talibus dispositionibus cessantibus, postquam res iam facta est, eam nihilominus in suo esse conseruari. Et sic cessante motu liberi arbitrii qui erat necessarius ad iustificationem, potest iustitia habitualiter remanere.

Ad XIII. Dicendum, quod nihil prohibet aliquid naturaliter prius non posse fieri sine posteriori, quod tamen sine posteriori esse potest, sicut anima quæ cum sit causa corporis formalis, efficiens, & finalis, ut dicitur in 2. de Anima, est naturaliter prior corpore, potest esse sine corpore, cum tamen secundum ordinem naturæ non possit fieri, nisi in corpore, & similiter est de gratiæ & usu liberi arbitrii.

Ad XIII. Dicendum, quod corpus inficit animam originali peccato ex hoc ipso quod ei unitur. Hoc autem peccatum non respicit uoluntatem ipsius qui inficitur, sed naturam: & ideo non est mirum si ad huiusmodi infectionem usus liberi arbitrii non requiratur. Similiter autem anima pueri gratiæ consequitur ex hoc ipso quod Christo per sacramentum baptismi unitur, absque usu liberi arbitrii. In adultis uero requiritur usus liberi arbitrii ratione iam dicta.

In Cor. ar.

Ad XV. Dicendum, quod ex hoc, quod dicitur Deus prior ad miserendum, quam ad puniendum, non excluditur tam bonum, quam miserendo Deus in nobis operatur, quam malum quod Deus in nobis punit. quia bonum, secundum Dion. consistit ex una & integra causa, malum autem ex singularibus defectibus. Sed ex hoc ostenditur, quod Deus miseretur secundum id quod ex eo est, punit autem secundum id quod ex nobis est, quod est tale, ut ordinatum esse non possit nisi in penam, unde ex principali intentione miseretur, sed punit quasi præter intentionem uoluntatis antecedentis secundum uoluntatem consequentem. Et tunc ad propositum potest dici quod infectioni peccati originalis, qua anima inficitur antequam usum liberi arbitrii habeat, responderet per quandam similitudinem iustificatio puerorum ante usum liberi arbitrii.

Ca. 4. de dit. nom. part. 4. a med.

Ad XVI. Dicendum, quod res naturales per quandam uolentiã potest disponi ad formam, ut si principium dispositionis sit extra nil conferente uel passio, unde in eis dispositio ad formam non est ab aliquo principio intrinseco, sed ab extra, uoluntas tunc uolentiã pati non potest, & ideo non est similis ratio.

Ad XVII. Dicendum, quod Deus uirtutes in nobis operatur sine nobis uirtutes casualibus non tamen sine nobis consentientibus.

Ad XVIII. Dicendum, quod actus liberi arbitrii qui est in iustificatione impii, alio modo se habet ad habitum iustitiæ generalis, de qua dictum est, & alio modo se habet ad eius executionem & augmentum. Ad habitum quidem se non potest habere ut meriti, eo quod in ipso instanti iustitia infunditur que est principium merendi, sed se habet ut dispositio finis. Ad executionem uero iustitiæ & eius augmentum se habet in ratione meriti, quia per primum actum gratia informatum homo mereretur diuinum auxilium in prædictis. Sic ergo iustitia non redditur humanis operibus, quasi merces, sed iustitia augmetur, & continuatio aliquo modo habet rationem mercedis in cõparatione ad actus meritorios peccentis.

G

Ad XIX. Dicendum, quod licet Paulus an requam iustificatus esset, immediate gratiam fidei impugnet, tamen in ipso instanti iustificationis consentit per liberi arbitrii diuina gratia commotum. Motus enim gratiæ uoluntatis in instanti potest Deus alicui mittere, sine quo non est iustificatio, sed sine præparatione præcedenti iustificatio esse potest.

Ad XX. Dicendum, quod ista dispositio non requiritur propter impotentiã agentis, sed per conditionem recipientis, si uoluntatis quæ immutari non potest per uolentiã, sed proprio motu immutatur. Iste autem motus liberi arbitrii non solum se habet ad gratiam ut dispositio, sed ut cõplectatur operationes enim sunt quedam completiones habituum, unde perfectionem agentis antelatur, quod habitus inducatur simul cum sua operatione, quia perfectio effectus demonstrat perfectionem causæ.

H

ARTICVLVS IIII.

Utrum motus liberi arbitrii in Deum ad iustificationem requiratur.

Quarto queritur quis motus liberi arbitrii ad iustificationem requiratur, utrum scilicet motus in Deum. Et uidetur quod non. In hoc enim quod iustificationem sequitur, non requiritur ad iustificationem, sed moueri in Deum cum sit ex gratia, iustificationem sequitur, unde dicitur Tenor. 4. Conuerte nos Dñe, &c. ergo motus liberi arbitrii in Deum non est de his quæ requiruntur ad iustificationem.

¶ 2. Præ. Motus liberi arbitrii requiritur ad iustificationem ut dispositio quædam ex parte liberi arbitrii, ad quod homo trahi indiget non pertinet ad liberum arbitrium, cum ergo ad hoc quod homo conuertatur in Deum, indigeat trahi, secundum illud Io. 6. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, uel quod motus liberi arbitrii in Deum non sit de his quæ ad iustificationem impii requiruntur.

¶ 3. Præ. ad iustitiam homo peruenit per uitam timoris, nam qui sine timore est, non poterit iustificari, ut dicitur Ecclesiast. 1. sed per timorē homo non mouetur in Deum, sed magis in penam, ergo motus liberi arbitrii qui requiritur ad iustificationem impii, non est motus in Deum, sed dicendum, quod hoc uerum est de timore seruili, non autem de filiali.

¶ 4. Cõtra. Omnis timor fugam in sui ratione includit: sed per fugam aliquis recedit ab eo quod fugitur, non autem accedit ad ipsum, ergo ex hoc quod homo timet Deum, non mouetur in Deum, sed magis recedit a Deo.

¶ 5. Præ.

¶ 5 Præ. Si motus lib. arb. in Deum ad iustificationem requiritur, scilicet ille deberet requiri, per quem homo in Deum completissime mouetur: completius autem mouetur homo in Deum per charitatem quam per fidem. si ergo motus lib. arb. in Deum ad iustificationem requiritur, non deberet attribui iustificationi fidei, sed magis charitati, cuius contrarium apparet Ro. 5. Iustificationi ex fide &c.

¶ 6 Præ. Motus lib. arb. qui in iustificatione requiritur, est sicut ultima dispositio ad gratiam, cum qua gratia infunditur. Dispositio autem ad formam, cum qua inducitur forma, talis est quod sine forma esse non potest, cum sit necessitas ad formam. cum igitur motus fidei possit esse sine gratia, videtur quod iustificatio non debeat attribui motui fidei.

¶ 7 Præ. Homo naturali ratione potest Deum cognoscere: sed fides non requiritur ad iustificationem, nisi in quantum facit Deum cognoscere. ergo videtur quod sine motu fidei possit homo iustificari.

¶ 8 Præ. Sicut per motum fidei homo cognoscit Deum, ita per actum sapientie. non ergo magis fidei quam sapientie iustificatio debet attribui.

¶ 9 Præ. In fide multi articuli continentur. si ergo motus fidei requiritur ad iustificationem, videtur quod oporteat omnes articulos fidei cogitare, quod non potest subito fieri.

¶ 10 Præ. Iac. 4. dicitur quod Deus humilibus dat gratiam, & sic ad iustificationem impii requiritur motus humilitatis, qui non est motus in Deum, alias humilitas haberet Deum pro obiecto, & sine, & esset uirtus theologica. ergo motus qui requiritur ad iustificationem impii, non est motus liberi arbitrii in Deum.

¶ 11 Præ. In iustificatione impii uoluntas hominis ad iustitiam immutatur. ergo motus lib. arbitrii debet esse actus iustitie, qui non est motus in Deum.

¶ 12 Præ. Ad iustificationem impii se habet homo ut re mouens prohibens, sicut ille qui aperit fenestram, de qua illuminationis domus: sed impedimentum gratie est peccatum. ergo ex parte iustificati non requiritur motus lib. arb. in Deum, sed solum in peccatum.

SED CONTRA est quod dicitur Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis: appropinquat autem Deus nobis per gratiam infusionem. ergo ad hoc quod iustificemur per gratiam, requiritur quod nos appropinquemus Deo per motum liberi arbitrii in Deum.

¶ 2 Præ. Iustificatio impii est quodammodo hominis illuminationis: sed in psal. 33. dicitur. Accedite ad eum & illuminamini. cum ergo ad Deum non accedat homo passibus corporis, sed moribus mentis, ut Aug. dicit, videtur quod motus liberi arbitrii requiritur ad iustificationem impii.

¶ 3 Præ. Ro. 4. dicitur. Reputabitur fides ad iustitiam credentibus in eum qui iustificat impium. ergo ad hoc quod impius iustificetur, requiritur motus fidei in Deum.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, motus lib. arb. qui est in iustificatione, requiritur ad hoc, quod homo causam iustificantem contingat per actum proprium. Causa autem iustificationis Deus est, qui nostram operatus est iustificationem per mysterium incarnationis sue, per quam factus est Dei, & hominum mediator. Et ideo motus lib. arb. in Deum ad iustificationem impii requiritur. Sed cum liberum arbitrium multipliciter in Deum moueri possit, ille motus de necessitate ad iustificationem requiritur, qui est primus inter alios, & in omnibus alijs includitur: hic autem est motus fidei. Accedentem enim ad Deum oportet primo credere quia est, ut habet Hebr. 11. Nullus quocumque alio motu potest in Deum moueri, nisi simul cum hoc motu fidei moueatur, quia omnes alij motus mentis in Deum iustificantem pertinent ad

effectum: solus autem fidei motus ad intellectum pertinet. Affectus autem non mouetur in suum obiectum, nisi secundum quod est apprehensum. Bonum enim apprehensum mouet affectum, ut dicitur in 3. de Anima. Unde motus apprehensiuus requiritur ad motum affectiuum, sicut morio mouentis ad moueri mobilis. Et per hunc modum motus fidei includitur in motu charitatis, & in quolibet alio motu, quo mens mouetur in Deum. Sed quia iustitia completiue in affectu existit, ideo si homo secundum intellectum in Deum conuerteretur, non contingeret Deum secundum id quod iustitia recipit, secundum affectum, & sic iustificari non posset. Requiritur ergo quod non solum intellectus conuertatur in Deum, sed affectus. Primus autem motus affectus in aliquid est motus amoris, ut in questione de passionibus animae dictum est, qui quidem motus in desiderio includitur sicut causa in effectu: desideratur enim aliquid quasi amatum. Ipsa uero spes desiderium quoddam importat cum quadam animi erectione quasi in quoddam arduum tendens. Sicut ergo simul est motus cognitionis cum motu amoris, ita motus amoris cum motu spei, uel desiderii. Sicut enim apprehensum mouet amore, ita amor mouet desiderium, seu spei. Sic ergo liberum arbitrium in iustificatione impii mouetur in Deum motu fidei, charitatis, & spei: oportet enim iustificationem in Deum conuertendo amando ipsum cum spe uenire. Et hec tria coputatur

per uno motu copulato, in quantum unum includitur in alio: denominatur tamen iste motus a fide, eo quod uirtute continetur in se illis motus, & in eis includitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod motus in Deum per liberum arbitrium, sequitur quodammodo ordine naturae gratiae infusionem, non autem tempore, ut infra patebit. Gratiae autem infusio est unum eorum, quae requiruntur ad iustificationem: unde non sequitur propter hoc, quod motus liberi arbitrii in Deum iustificationem sequatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod tractus ille non importat uiolentiam, sed operationem diuinam, qua operatur in liberum arbitrium uertendo id quodcunque uoluerit. Et sic illud ad quod homo trahitur, aliquo modo ad liberum arbitrium pertinet.

AD TERTIUM dicendum, quod timor seruilis qui habet oculum ad penam tantum, requiritur ad iustificationem ut dispositio praecedens, non autem ut intrans substantiam iustificationis, quia simul cum charitate esse non potest, sed introeunte charitate timor discedit: unde 1. Ioan. 4. Timor non est in charitate. Timor autem filialis qui timet separationem, includitur uirtute in motu amoris: eiusdem enim rationis est desiderare coniunctionem amati, & timere separationem.

AD QUARTUM dicendum, quod timor filialis includit aliquam fugam, non tamen fugam Dei, sed fugam separationis a Deo, uel adaequationis ad Deum, secundum quod timor importat quandam reuerentiam, per quam homo non audet diuine maiestati se comparare, sed ei se subiicit.

AD QUINTUM dicendum, quod motus charitatis in Deum requiritur, sed tamen in hoc motu includitur motus fidei, ut dictum est.

AD SEXTUM dicendum, quod licet credere Deo, uel Deum possit esse sine iustitia, tamen credere in Deum, quod est actus fidei formatae, sine gratia, uel iustitia esse non potest: & tale credere requiritur ad iustificationem, ut patet Rom. 4. Creditur in eum qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam.

AD SEPTIMUM dicendum, quod quia post lapsum Quæst. Dist. S. Thomæ. PPP hu-

Com. 49. & 54. 10. 3.

q. de passionibus.

Ar. 7. seq.

In corp. ar.

libet, ex
asp. in gl.
reuerentia.
In fili. 4.
de filiis:
fides: si
quomodo
operetur.
Et Aug. de
tra. parum
in tra. 7.
An. 7. 2.

humane nature, homo non potest reparari nisi per mediatorem Dei & hominum Iesum Christum, quod quidem sacramentum. scilicet mediationis Christi sola fide tenetur: ideo ad iustificationem impii non sufficit cognitio naturalis, sed requiritur fides Iesu Christi uel explicita, uel implicite scilicet diuersa tempora, & diuersas personas. Et hoc est quod dicitur Ro. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi.

AD OCTAVVM Dicendum, quod sicut intellectus principiorum naturaliter cognitorum se habet ad sapientiam, uel scientiam ratione acquisita in ratione principii, ita fides ad sapientiam infulam: unde primus motus cognitionis gratuita in Deum non est sapientie, uel scientie infula, sed fidei.

AD NONVM Dicendum, quod licet sint multi articuli fidei, non tamen oportet quod actu omnes cogitentur in ipso instanti iustificationis, sed solum quod cogitentur secundum hunc articulum, qui est iustificans, & peccata remittens, in quo includitur implicite articulus incarnationis & passionis Christi, & aliorum quæ ad nostram iustificationem requiruntur.

AD DECIMVM Dicendum, quod motus humilitatis consequitur motum fidei secundum quod aliquis considerata altitudine diuine maiestatis seipsum ei subiicit, & ita motus humilitatis non est primus, qui requiritur iustificatione.

AD VNDICESIMVM Dicendum, quod in iustitia generalis, de qua nunc loquimur, includitur ordinatio debita hominis ad Deum, ut supra dictum est, & sic tamen fides est spes, quæ charitas sub huiusmodi iustitia continetur.

AD DVODECIMVM Dicendum, quod peccatum prohibet gratiam precipue ratione auersionis, & ideo ad remouendum hoc prohibens, requiritur conuersio liberi arbitrii in Deum.

ARTICVLVS V.

Verum in impii iustificatione requiritur motus liberi arbitrii in peccatum.

Art. 7. Inius
quasi.

1. e. q. 113.
art. 5.

Quoniam queritur, utrum in iustificatione impii requiratur motus liberi arbitrii in peccatum. Et videtur quod non. Motus enim charitatis ad remissionem peccatorum sufficit. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: sed motus charitatis est directus in Deum: ergo ad iustificationem impii sufficit motus in Deum, & non requiritur motus in peccatum.

¶ 2. Præter. Bonum incommutabile est efficacius, quam bonum commutabile: sed conuersio ad bonum commutabile sufficit ad hoc, quod homo incurrat peccatum: ergo conuersio ad bonum incommutabile sufficit ad hoc, quod homo iustificetur.

¶ 3. Præter. Homo non potest moueri in peccatum nisi de peccato cogitet: nullus autem cogitare potest de eo quod memoria non tenet: contingit autem aliquando oblitum esse peccati commissi: si ergo ad iustificationem impii requiritur motus liberi arbitrii in peccatum, ut quod talis, qui est peccatorum suorum oblitus, numquam possit iustificari.

¶ 4. Præter. Contingit aliquando multis esse criminibus inuolutum. si ergo motus liberi arbitrii in iustificatione requiritur, ut pari ratione quod eum oporteat in illo instanti de singulis suis peccatis cogitare, quod est impossibile: non enim est maior ratio de uno, quam de alio.

¶ 5. Præter. Quicunque conuertitur in aliquid sicut in finem ultimum, ex hoc ipso ab alio fine auertitur ultimo, quia impossibile est unius esse multos fines ultimos: sed homo quando mouetur per fidem formatam in Deum, mouetur in ipsum sicut in finem ultimum: ergo ex hoc ipso auertitur a peccato, & ita non ut esse necessarius aliquis motus liberi arbitrii in peccatum.

¶ 6. Præter. Non est idem motus a peccato, & in peccatum,

sicut nec ab albo, & in album: sed iustificatio est motus a peccato: ergo non est motus ad peccatum. Sed contra est, quod in psal. 3. dicitur. Confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: sed homo non potest hoc dicere, nisi de peccato cogitando: ergo motus liberi arbitrii in peccatum ad iustificationem requiritur.

¶ 2. Præter. Ad iustificationem impii contritio requiritur, quæ est prima penitentiae pars, per quam peccata tolluntur: sed contritio est dolor de peccato: ergo motus liberi arbitrii in peccatum requiritur in iustificatione impii.

RESPON. Dicendum, quod iustificatio impii addit aliquid supra iustificationem simpliciter. Nam iustificatio simpliciter importat solummodo iustitiam infulam, sed super hoc addit iustificatio impii remissionem culpæ: quæ quidem remissio non fit solum per hoc, quod homo desinit a peccato, sed aliquid amplius requiritur. Vnde Augustinus dicit in lib. de Nup. & concup.: Si peccando desisteret, hoc esset non habere peccata, sufficeret ut hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non autem sufficit, sed addidit, Et de præteritis deprecare, ut tibi remittantur. Sic ergo ad iustificationem simpliciter requiritur conuersio hominis per liberum arbitrium in causam iustificantem, quæ est motus liberi arbitrii in Deum: sed supra hoc in iustificatione impii requiritur, quod conuertatur ad destructionem peccati præteriti. Sicut autem conuersio in Deum fit per hoc, quod homo cognoscit Deum per fidem, & eum amat, & gratiam desiderat, seu sperat: oportet quod conuersio liberi arbitrii in peccatum sit per hoc, quod homo se peccatorem recognoscit, quod est humilitatis, & peccatum præteritum detestatur, ut pigeat fecisse, & iterare non uelit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dilectio non potest esse sine detestatione eius quod a Deo separatur: & ideo præter motum dilectionis in Deum requiritur in iustificatione peccati detestatio. Vnde & Magdalena cui dictum est, dimissa sunt ei peccata multa, lacrymas emisit pro peccatis.

AD SECUNDVM dicendum, quod conuersio in bonum incommutabile sufficit ad iustificationem simpliciter, sed ad iustificationem impii requiritur etiam motus in peccatum, ut dictum est: quia ad hoc quod homo iustificetur a peccato præterito, non solum sufficit quod iustitiam uelit, & non peccet, sed quod contra præteritam iniquitatem operetur detestatio ipsam. Non autem in eo qui peccat requiritur detestatio Dei, uel iustitiæ, nisi ex consequenti: quia id quod est bonum, nullus habet odio, nisi in quantum est incommutabile alteri bono quod diligit. Vnde peccator non nisi per accidens odit iustitiam, & Deum, ex hoc ipso uidelicet quod amat immoderate bonum commutabile.

AD TERTIUM dicendum, quod non est necessarium, quod aliquis in ipso momento iustificationis de hoc, uel illo peccato determinate cogitet: sed solum quod doceat se propria culpa a Deo esse auertitum uel absolute, uel sub conditione, si scilicet auertitum est, quod scilicet aliquis ignorat an unquam per peccatum incommutabile a Deo auertitus fuerit: & per huiusmodi motum ille qui oblitus est de peccato conteri potest.

AD QUARTVM dicendum, quod omnia peccata conueniunt in auersione a Deo, ratione cuius gratia impediunt: unde ad iustificationem non requiritur, quod in ipso iustificationis momento aliquis de peccatis singulis cogitet, sed sufficit quod cogitet de hoc, quod per culpam suam est auertitus a Deo. Recogitatio

gitatio autem singulorum peccatorum debet vel
 procedere, vel saltem sequi iustificationem.

Ad quintum dicendum, quod ex hoc quod aliquis sibi
 Deum sine constituit, sequitur quod non constituit sibi
 finem in peccato, & ita quod aueritur a proposito
 peccandi: hoc autem non sufficit ad deletionem pecca-
 ti prateriti, ut dictum est, & ideo ratio non sequitur.

Ad sextum dicendum, quod motus lib. arb. in peccatum p-
 sequendum, vel amplectendum iustificationi gratiae opponit,
 non autem motus lib. arb. in peccatum fugiendum: hic
 enim motus cum iustificatione conuenit quae est mo-
 tus a peccato. Nam fuga alicuius est motus ab illo.

ARTICVLVS VI.

Primum gratiae infusio, & culpa remissio idem sunt.

Secundo queritur, utrum gratiae infusio, & culpa remis-
 sio sint idem, & ut quod sic. Idem enim est posi-
 tio affirmatiouis, & remotio negationis: sed
 culpa nihil aliud esse videtur quam defectus gratiae. er-
 go idem videtur esse remotio culpa, & infusio grae.

¶ 1. Prater. Gratia & culpa opponuntur sicut tenebra,
 & lux: sed remotio tenebrae, & inductio lucis sunt
 idem. ergo remissio culpa & infusio grae sunt idem.

¶ 2. Prater. Remotio culpa precipue attenditur quantum
 ad deletionem maculae: macula autem non ut esse
 aliquid positum in anima, quae sic aliquo modo esset
 a Deo, & sic ut quod sit priuatio solam autem est pri-
 uatio nisi eius cum quo simul esse non potest, quod est grae.

remotio ergo culpa nihil est aliud quam infusio grae.
 Sed diceret, quod macula non solum ponit absentiam grae,
 sed apertudinem & debitum respectu grae habendam.

¶ 3. Sed contra. Omnis priuatio ponit apertudinem
 in subiecto, cum remotio priuationis, & inductio
 habitus sint idem. ergo hoc non impedit, quin re-
 motio culpa & infusio gratiae sint idem.

¶ 4. Prater. Secundum Philosophum. Generatio vnius
 est corruptio alterius. cum ergo remotio culpa sit
 quaedam ipsius corruptio: infusio autem gratiae est
 quaedam ipsius generatio. ergo idem est infusio gra-
 tiae, quod remotio culpa.

Sed contra est, quod inter quatuor quae requi-
 runtur ad iustificationem impij, connumerantur
 duo, infusio gratiae, & culpa remissio.

¶ 2. Prater. Quaecumque sic se habent quod vnum po-
 test esse sine altero, non sunt idem: sed infusio grae
 potest esse sine remissione alicuius culpa, sicut
 in angelis beatis, & in primo homine ante casum, &
 in Christo. ergo remissio culpa, & infusio gratiae non
 sunt idem.

RESPON. Dicendum, quod remissio culpa, & infusio
 grae non sunt idem, & hoc sic patet. Mutationes. n-
 penes terminos distinguuntur: infusionis autem gratiae
 terminus est gratiam inesse, remissionis vero culpa
 culpam non esse. Est autem oppositorum quantum ad
 hoc attendenda quaedam differentia: nam quaedam opposi-
 ta sunt, quorum vtrumque ponit naturam aliquam, ut albu
 & nigrum, & in talibus oppositis negatio vtriusque est
 negatio realis, id est alicuius rei. Et ideo cum affirmati-
 o non sit negatio, quia esse album non est idem quod
 non esse nigrum, sed realiter differunt, ideo corruptio
 nigri, cuius terminus est non esse nigrum, & generatio
 albi, cuius terminus est esse album, sunt realiter di-
 uerse mutationes, quibus sit vnus motus, ut supra di-
 ctum est. Quaedam vero opposita sunt, quorum alteru-
 tum est natura quaedam, reliquum vero non est nisi re-
 motio, vel negatio ipsius, sicut patet in oppositis secundum
 affirmationem & negationem, vel secundum priuationem &
 habitum. Et in talibus negatio oppositi, quod po-

nit naturam aliquam, est realis, quia est alicuius rei:

negatio vero alterius oppositi non est realis, quia
 non est alicuius rei. Est enim negatio negationis, quae
 est negatio alterius oppositi. Et ideo haec negatio
 negationis nihil differt secundum rem a positione alterius:
 unde secundum rem idem est generatio albi, & cor-
 ruptio non albi. Sed quia negatio, quamuis non sit
 res nature, est tamen res rationis: ideo negatio negatio-
 nis secundum rationem, siue secundum modum intelligendi, est
 aliud a positione affirmationis. Et sic corruptio non
 albi secundum modum intelligendi est aliud quam
 generatio albi. Patet igitur quod omni culpa omnino
 non est aliquid positum, idem est infusio gratiae, & re-
 missio culpa secundum rem, secundum rationem vero non
 idem. Si autem culpa aliquid ponit non secundum rationem
 sed re, est aliud remissio culpa, & infusio gratiae, si
 considerentur ut mutationes, quamuis in ratione
 motus sint vnum, ut supra dictum est. Culpa autem
 aliquid ponit, & non solum substantiam gratiae. Ab-
 sentia enim gratiae secundum se considerata, habet tantum
 rationem penes, non autem rationem culpa, nisi se-
 cundum quod relinquitur ex actu voluntario pre-
 cedente, sicut tenebra non habet rationem vmbrae,
 nisi secundum quod relinquitur ex interpositione
 corporis opaci. Sicut ergo ablatio vmbrae impor-
 tat non solum remotionem tenebrae, sed remotionem
 corporis impediens: ita remissio culpa non solum
 importat ablationem absentiae gratiae, sed ablationem
 impediens gratiae, quod erat ex actu peccati pre-
 cedente, non ut actus ille non fuerit, quia hoc est
 impossibile, sed ut propter illum influxus gratiae non
 impediatur. Patet igitur quod remissio culpa, & in-
 fusio gratiae non sunt idem secundum rem.

Et per hoc patet solutio ad prima quatuor.

Ad quintum dicendum, quod generatio vnius
 dicitur esse a Philosopho corruptio alterius per
 concomitantiam, quia de necessitate sunt simul,
 vel propter vnitatem motus, qui ad has duas muta-
 tiones terminatur.

ARTICVLVS VII.

Primum culpa remissio infusionem gratiae precedat.

Secundo queritur, utrum remissio culpa natura-
 liter precedat infusionem gratiae, & ut quod sic, quae
 super illud psalmi. Sic in sancto apparuit tibi, dicitur glo-
 ssa. Nisi quis prius deficiat in malo, numquam pueniet
 ad bonum: sed remissio culpa facit deficere a malo,
 infusio autem gratiae pertinet ad bonum. ergo
 prius naturaliter est remissio culpa quam infusio gratiae.

¶ 2. Prater. Prius in ordine naturae est intelligere reci-
 piens quam ipsam receptionem: sed forma non reci-
 pitur nisi in propria materia. ergo prius est intel-
 ligere materiam propriam, quam receptionem for-
 mae: sed ad hoc quod materia sit propria alicui for-
 mae, requiritur quod sit denudata a forma contraria. et-
 ergo prius naturaliter materia denudatur ab vna for-
 ma, quam recipiat aliam, & sic naturaliter prius est re-
 missio culpa, quam infusio gratiae. Sed diceretur, quod
 gratia secundum quod habet respectum ad Deum in-
 fundentem gratiam, est prior naturaliter quam remis-
 sio culpa: secundum vero quod habet ordinem ad
 subiectum, sic est posterior quam remissio culpa.

¶ 3. Sed contra. In infusione gratiae includit respec-
 tus gratiae ad suum subiectum cui infunditur. si ergo se-
 cundum hunc respectum ad subiectum est posterior,
 ut quod simpliciter infusio gratiae naturaliter sit post-
 remissione culpa. Sed diceretur, quod gratia habet
 duplicem respectum ad subiectum. Vnum, secundum
 Quae. dist. S. Thomae. PPP 2 quod

la corp. ar.

14. 113. art. 6.

1. de Gene. 1. 1. 10.

1. 2. 113. art. 6.

quod informat subiectum, & quantum ad hunc respectum est posterior quam remissio culpae: alium quo culpam expellit a subiecto, & sic infusio gratiae naturaliter praecedit remissionem culpae.

¶ 4 Sed contra. Gratia expellit culpam ratione oppositionis quae habet ad ipsam: opposita autem mutuo se expellunt ex hoc, quod non patiuntur se in eodem subiecto. ergo ex hoc ipso quod gratia informat subiectum, expellit culpam, & sic non potest esse quod gratia secundum respectum quem habet ad subiectum, quod informat, sit posterior: & secundum respectum quem habet ad culpam, quam expellit, sit prior.

¶ 5 Praet. Esse rei naturaliter prius est quam agere ipsius: sed gratia cum sit accidens, eius esse est inesse, ergo prior est naturaliter respectu quem habet gratia ad subiectum quod informat, quam respectus quem habet ad contrarium quod expellit, & sic praedicta responsio non videtur posse stare.

¶ 6 Praet. Prius naturaliter est declinare a malo, quam facere bonum: sed remissio culpae pertinet ad declinationem mali, infusio autem gratiae ordinatur ad operationem boni. ergo prius naturaliter est remissio culpae quam infusio gratiae.

¶ 7 Praet. Secundum ordinem effectuum est ordo causarum: sed effectus remissionis culpae est esse mundum, effectus autem infusionis gratiae est esse gratum: prius autem est naturaliter esse mundum, quam esse gratum, nam omne gratum est mundum, sed non conuertitur: prius autem secundum Philosophum est a quo non conuertitur subsistendi consequenti, ergo prius naturaliter est remissio culpae quam infusio gratiae.

¶ 8 Praet. Culpae & gratiae se habent ad invicem sicut formae contrariae in natura: sed in rebus naturalibus prius naturaliter est expulsio unius formae quam introductio alterius, eo quod non contingit formas contrarias esse simul in materia: unde oportet quod forma quae prius erat, intelligatur expulsa antequam nova forma introducat. ergo & remissio culpae naturaliter prius est, quam infusio gratiae.

¶ 9 Praet. Prius naturaliter est recedere a termino a quo, quam peruenire ad terminum ad quem: sed in iustificatione impij culpa se habet ut terminus a quo receditur per culpae remissionem: terminus autem ad quem est ipsa gratia, ad quam peruenitur per eius infusionem. ergo prius naturaliter est culpae remissio quam gratiae infusio. Sed diceretur, quod gratiae infusio est posterior in quantum gratia est terminus iustificationis, sed in quantum est principium dispositio remouendo contrarium, sic est prius.

¶ 10 Sed contra. Agens infinite virtutis non exigit dispositionem in materia in quam operatur: sed gratiae infusio est ab agente infinite virtutis, scilicet a Deo, ergo non exigitur aliqua dispositio.

¶ 11 Praet. Nulla forma quae totaliter est ab extrinseco exigit dispositionem in materia: sed gratia est huiusmodi, ergo &c.

¶ 12 Praet. Remissio culpae, & infusio gratiae se habent sicut purgatio & illuminatio: sed secundum Dion. purgatio antepositur illuminationi, ergo remissio culpae naturaliter praecedit gratiae infusionem.

¶ 13 Praet. Si Deus successiuè operaretur in iustificatione impij, prius tempore remoueret culpam, quam infunderet gratiam, sicut in dealbatione natura prius remouet nigredinem quam inducat albedinem: sed hoc quod Deus subito operatur in iustificatione, remouet ordinem temporis, non naturae, ergo naturaliter prius est remissio culpae quam infusio gratiae.

SED CONTRA. Causa naturaliter praecedit effectum: sed gratia est causa remissionis culpae, non nisi in quantum est infusio.

F ergo gratiae infusio naturaliter praecedit culpae remissionem. ¶ 2 Praet. Agens naturale non expellit formam contrariam a materia, nisi per hoc quod inducit similitudinem suam formam in materia. ergo eadem ratione & Deus non remouet culpam ab anima, nisi per hoc quod inducit similitudinem suae bonitatis, scilicet gratiae, in ea inducit: & sic infusio gratiae naturaliter praecedit remissionem.

¶ 3 Praet. Sicut quandoque culpa remittitur per gratiam, ita aliquando gratia expellitur per culpam: sed gratia expellitur per culpam praecedentem expulsionem gratiae. ergo similiter culpa remittitur per gratiam praecedentem culpae remissionem.

¶ 4 Praet. Gratia creando infunditur, & infundendo creatur: sed creatio gratiae est prius naturaliter, quam remissio culpae: ergo infusio gratiae naturaliter prior est quam culpae remissio.

¶ 5 Praet. Agens naturaliter est prius patiente, sed in iustificatione impij gratia est ex parte agentis, culpa ex parte patientis, seu recipientis, ergo prius naturaliter est gratiae infusio quam culpae remissio.

RESPON. Dicendum, quod in quolibet genere causa causa naturaliter est prior causato. Contingit autem secundum diuersa genera causarum idem respectu eiusdem esse causam & causatum sicut purgatio est causa sanitatis in genere causa efficientis, sanitas vero est causa purgationis secundum genus causa finalis: similiter materia causa est formae aliquo modo in quantum sustinet formam, & forma est aliquo modo causa materiae in quantum dat materiam esse actum. Et ideo nihil prohibet aliquid altero esse prius & postius secundum diuersum genus causa. Sed in illud est prius simpliciter dicendum ordine naturae, quod est prius secundum genus illius causa quae est prior in ratione causalitatis: sicut finis, qui dicitur causa causarum, quia a causa finalis omnes aliae causa recipiunt quod sint causa, quae efficientes non agunt nisi per finem, & ex actione efficientis forma perficit materiam, & materia sustinet formam. Sic ergo dicendum, quod quandoque materia prior est materiae, & alia inducit, & expulsio formae praecedentis est prior naturaliter in ratione causalitatis: omnis enim dispositio ad formam reducit ad causam materiale: denudatio autem materiae a forma contraria est quaedam dispositio ad formam susceptionem.

Subiectum etiam materia, ut dicitur in 1. Physic. numerabilis est: numeratur enim secundum rationem in quantum in eo praeter subiecti substantiam inuenitur privatio, quae se tenet ex parte materiae & subiecti. Sed in ratione causa formalis est prior naturaliter introductio formae, quae formaliter perficit subiectum, & expellit contrarium. Et quia forma & finis in idem speciem in quantum forma est similitudo agentis, ideo forme introductio est prior naturaliter secundum ordinem cause efficientis & finalis: & ex hoc patet secundum praedicta, quod ordine naturae sit simpliciter prior. Sic ergo patet quod simpliciter loquendo secundum ordinem naturae, prior est gratiae infusio quam culpae remissio: sed secundum ordinem causa materialis est e contrario.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod glo. illa loquitur quantum ad vitiationem operis mali & operationem operis boni, minus est enim dimittere malum quam operari bonum, & ideo naturaliter prius non aures loquitur quantum ad habitus, qui infunduntur, vel expelluntur. AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa praecedit secundum ordinem causa materialis, secundum quem in respectu ad subiectum infusio gratiae posterior est. Unde patet solutio ad tertium.

In post. praed. c. de prioritate to. 3.

esp. 3. eccl. Hycr.

Ad quartum dicendum, quod obiectio illa procedit secundum ordinem causae formalis: formaliter enim gratia inhaerendo expellit culpam.

Ad quintum dicendum, quod gratia non expellit culpam effectiue, sed formaliter: unde non est prius quam expellat culpam, sed simul.

Ad vi. dicendum, quod obiectio illa procedit quantum ad operationes, & non quantum ad habitus, sicut & prima.

Ad vii. dicendum, quod esse mundi non est proprius effectus remissionis culpae: quia potest esse non ita iusta remissionis culpae, ut in homine in statu innocentie: sed proprius effectus remissionis culpae est fieri mundus, & hoc non est cõius quod est gratia, quia nullus potest fieri mundus, nisi per gratiam. Sciendum in quod per hoc non probaretur prioritas naturalis, nisi secundum ordinem causae materialis: nam genera se habent per modum materiae comparatione ad species.

Ad viii. dicendum, quod eadem distinctio opus est in formis naturalibus, & in proposito.

Ad viii. dicendum, quod recessus a termino a quo est prius in via generationis & motus, cum reductur ad ordinem materiae (nam motus est actus existentis in potentia) sed accessus ad terminum ad quem est prior secundum ordinem causae finalis.

Ad x. dicendum, quod in operibus Dei non requiritur dispositio per impotentiam agentis: sed per conditionem effectus, & praecipue talis dispositio, scilicet remotio contrarij: quia contraria simul esse non possunt.

Ad xi. dicendum, quod forma quae est totaliter ab extrinseco, requirit dispositionem debitam in subiecto, vel pexistentem, sicut lumen diaphanicum in aere vel simul impressam ab eodem agente, sicut calor consummatus simul introducit cum forma ignis: & similiter a Deo simul cum infusione gratiae expellit culpam.

Ad xii. dicendum, quod simili distinctione videtur esse i ordine purgationis & illuminationis, sicut in proposito.

Ad xiii. dicendum, quod si Deus succellit iustificationem operantis, expulso culpa esset prior tempore, sed posterior natura. Ordo autem temporis sequitur ordinem motus & materiae. Et secundum hunc modum Philosophus dicit, quod in eodem actus est posterior tempore quod potentia, sed natura prior: quia secundum illud dicitur aliquid esse simpliciter natura prius, quod est prius secundum ordinem causae finalis, ut dictum est.

ARTICVLVS VIII.

Utrum in impij iustificatione motus liberi arbitrii gratiae infusionem precedat.

Quaestio quarta. Utrum in iustificatione impij motus liberi arbitrii naturaliter precedat gratiae infusionem, & utrum quod sic. Cuius naturaliter procedit effectum: sed contritio est causa remissionis culpae, ergo naturaliter eam precedit, & per consequens infusionem, quae se concomitantur. Sed diceretur, quod contritio non est causa remissionis culpae, nisi per modum dispositionis materialis.

¶ Sed contra. Contritio est causa facialis remissionis culpae, & infusionis gratiae. Penitentia enim cum sit sacramentum nouae legis, gratia causa, & sic remissionem culpae, nec hoc facit ratione aliarum suarum partium, scilicet confessionis, & satisfactionis, quod gratia, & culpae remissionem presupponit: & sic relinquit quod ipsa contritio sit facialis causa remissionis culpae & infusionis gratiae: sed causa facialis est causa instrumentalis, ut ex precedentibus quae sunt patet, ergo cum instrumentum reductur ad genus causae efficientis, contritio non erit causa remissionis culpae, ut dispositio materialis, sed magis in genere causae efficientis.

¶ 3. Praet. Attritio precedit gratiae infusionem, & culpae remissionem: sed contritio ab attritione non differt nisi secundum intentionem doloris, quae speciem non va-

riat, ergo contritio naturaliter ad minus precedit gratiae infusionem, & culpae remissionem.

¶ 4. Praet. In psal. dicitur. Iustitia & iudicium praeparatio sedis eius: anima autem efficitur sedes Dei per gratiae infusionem, & culpae remissionem: cum ergo homo iustitiam & iudicium faciat per hoc, quod de peccato contriturus, ut quod contritio sit praeparatio ad gratiae infusionem, & ita naturaliter est prior.

¶ 5. Praet. Motus ad terminum naturaliter precedit terminum: sed contritio est quodammodo terminus in destructione peccati, ergo naturaliter precedit remissionem culpae.

¶ 6. Praet. Augustinus dicit. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te: & ita motus liberi arbitrii qui ex parte nostra est, requiritur ad iustificationem, & naturaliter precedit eam: sed iustificatio terminatur in remissionem culpae, ergo motus liberi arbitrii precedit naturaliter remissionem culpae.

¶ 7. Praet. In matrimonio carnali consensus mutuum naturaliter matrimonij copulam precedit: sed per gratiae infusionem contrahitur quoddam spirituale matrimonium animum cum Deo, secundum illud Osee. 2. Sponsabo te mihi in iustitia, ergo motus liberi arbitrii, per quem est anima consensus in Deum, precedit naturaliter gratiae infusionem.

¶ 8. Praet. Sicut in his quae mouentur ab alio, se habet motio mouentis exterioris ad moueri mobilis, ita in his quae mouentur a seipsis: sed motio qua exterius agens mouet, sine moueat ut principale agens, siue ut coadiuuans, naturaliter precedit moueri ipsius mobilis, ergo cum in iustificatione impij anima non totaliter moueat, sed ipsa quodammodo se moueat ut coadiuuans, secundum illud 1. Cor. 1. Dei adiutores sumus, ut quod ipsa operatio animae, cum motus liberi arbitrii, naturaliter precedat remissionem culpae, secundum quam mouetur anima de vitio in uirtutem.

SED CONTRA. Contritio est actus meritorius: sed actus meritorius non est nisi a gratia, ergo gratia est causa contritionis: sed causa naturaliter precedit effectum, ergo gratiae infusio naturaliter precedit contritionem.

¶ 2. Praet. Romanus super illud. Iustificati igitur ex fide &c. dicit gl. Gratia Dei non precedit aliquod meritum humanum: sed contritio est quoddam humanum meritum, ergo non precedit gratiae infusionem. Sed diceretur, quod precedit sicut quaedam dispositio.

¶ 3. Sed contra. Dispositio est minus perfecta quam forma ad quam disponit: sed contritio dicitur aliquid magis perfectum quam gratia, ergo contritio non est dispositio ad gratiam. Probatio media. Actus secundus est maioris perfectionis quam primus, cum se habeat per modum habitus: contritio autem est actus secundus, cum sit operatio gratiae, sicut considerare est operatio scientiae, ergo sicut consideratio est perfectius quam scientia, ita contritio est perfectius quam gratia.

¶ 4. Praet. Effectus causae efficientis, nunquam est dispositio ad causam efficientem, quia in via motus sequitur efficientem, cum tamen in eadem via dispositio precedat id ad quod disponit: sed contritio se habet ad gratiam sicut effectus causae efficientis ad suam causam efficientem, ergo contritio non est dispositio ad gratiam, & sic idem quod prius. Probatio media. Habitus & potentia ad idem genus causae reducuntur, cum habitus suppleat quod potentiae deest: sed potentia est causa actus in genere causae efficientis, ergo & habitus: sed gratia comparatur ad contritionem sicut habitus ad actum, ergo contritio comparatur ad gratiam sicut effectus ad causam efficientem.

¶ 5. Praet. Quod nihil facit ad introductionem formae, non est dispositio ad formam: sed contritio nihil facit ad gratiam.

Quaestio quinta. S. Thomae. PPP 3 tie

Colligitur ex tract. 22. in Ioannem. tom. 3.

Ro. 3. gloss. ordia. ibi.

de 2a ma. 122. 27. & 28. 122. 3.

in 127. ar.

12. q. 112. 124.

gratia infusionem, quia sine contritione potest esse gratia infusio, sicut patet in Christo, angelis, & primo homine in statu innocentiae. ergo contritio non est dispositio ad gratiam, & sic idem quod prius.

Lib. de gratia & lib. arbit. fere in princ.

¶ 6. Præter Bernardus dicit, quod ad opus salutis nostrae duo requiruntur. scilicet Deus dans, & liberum arbitrium recipiens: sed datio naturaliter est prius quam receptio. ergo gratia quae in iustificatione nostra est ex parte Dei dantis, naturaliter praecedit contritionem, quae est ex parte liberi arbitrii recipientis.

¶ 7. Præter. Contritio non potest esse simul cum peccato. ergo remissio peccati naturaliter contritionem praecedit.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est triplex opinio. Quidam. n. dicunt quod motus liberi arbitrii naturaliter praecedit gratia infusionem absolute. Dicunt. n. quod ille motus liberi arbitrii non est contritio, sed attritio, quod non est actus fidei formatae, sed fidei informis: sed hoc non videtur esse ad propositum. Nam omnis dolor de peccato in habente gratiam est conatus est fidei formatae actus. ergo actus fidei informis & attritio, de quibus ista loquuntur, tunc praecedunt gratia infusionem. Et de talibus motibus liberi arbitrii ad praesens non loquimur, sed de illis qui sunt simul cum gratia infusione, sine quibus iustificatio esse non potest in adultis: nam sine praecedentibus potest ex supra dictis patet. Et ideo alij dicunt, quod motus isti sunt meritorij, & gratia informati, unde naturaliter gratiam sequuntur. Praecedunt autem remissionem culpae naturaliter, quia gratia per hos actus remissionem culpae operatur. Sed hoc non potest esse. Nam quod causat aliquid per operationem, causat per modum causae efficientis: gratia igitur, si per actum contritionis & fidei formatae remissionem culpae causat, causabit eam per modum causae efficientis, quod esse non potest. Nam causa effectivè destruit aliquid, prius ponit in esse, quod hoc quod destruit, sit in non esse. Non. n. ageret ad eius destructionem quod iam non est: unde sequeretur, quod gratia prius esset in anima, quam culpa esset remissa, quod est impossibile: unde patet quod gratia non per aliquam operationem est causa remissionis culpae, sed per informationem subiecti, quae importatur per gratia infusionem, & culpae remissionem: & ideo inter gratia infusionem & culpae remissionem nihil cadit medium. Oportet igitur dicere secundum aliam opinionem, quod praedicti motus eodem ordine se habeant ad utrumque, ut quodammodo praecedant, quodammodo sequantur ordine naturae. Nam si ordo naturae attendatur secundum rationem causae materialis, sic motus liberi arbitrii praecedit naturaliter gratia infusionem, sicut dispositio materialis formam. Si autem attendatur secundum rationem causae formalis, est e converso. Et est simile in rebus naturalibus. de dispositione, quae est necessitas ad formam, quae quodammodo praecedit formam substantialem, scilicet secundum rationem causae materialis. Dispositio. n. materialis ex parte materiae se tenet, sed alio modo. scilicet ex parte causae formalis forma substantialis est prior, in quantum perficitur, & materiam, & accidentia materialia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod contritio est causa remissionis culpae, in quantum est dispositio ad gratiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod penitentie sacramentum habet conferre gratiam ex virtute clavis, quibus se peccatis subijcit. Contritio igitur si se consideret, non se habet ad gratiam, nisi per modum dispositionis: sed si consideretur in quantum habet virtutem

elavium in voto, sic sacramentaliter operatur in virtute sacramenti penitentie, sicut & in virtute baptismi, ut patet in adulto, qui habet sacramentum baptismi in voto tantum. Ex hoc igitur non habetur quod contritio sit causa efficiens remissionis culpae per se loquendo, sed virtus clavis, vel baptismi. Vel potest dici, quod contritio ad remissionem culpae quod ad reatum temporalis poenae se habet per modum causae efficientis, sed quantum ad maculam & reatum poenae aeternae se habet solum per modum dispositionis.

AD TERTIUM dicendum, quod contritio ab attritione praecedenti non differt solum secundum intentionem doloris, sed secundum informationem gratiae: & ita contritio habet aliquem ordinem posterioritatis ad gratiam, quod non habet attritio.

AD QUARTUM dicendum, quod preparatio illa est per modum dispositionis materialis.

AD QUINTUM dicendum, quod contritio est motus ad remissionem culpae non quasi ab ea distans, sed ut ei conueniat: unde magis consideratur ut in motu esse, quam in motu fieri, & tunc motus praecedit terminum in ordine causae materialis, quia motus est existens in potentia.

AD SEXTUM dicendum, quod intelligendum est, non iustificabit te sine te, disponente aliquo ad gratiam: & sic non oportet quod motus liberi arbitrii praecedat nisi per modum dispositionis.

AD SEPTIMUM dicendum, quod consensus est causa efficiens matrimonij carnalis: motus autem liberi arbitrii non est causa efficiens infusionis gratiae, & ideo non est simile.

AD OCTAVUM dicendum, quod iustificatione impij homo non est adiutor Dei, quasi cum eo simul efficiens gratiam, sed solum sicut preparans se ad gratiam.

AD PRIMUM quod in contrarij obijciunt, dicendum, quod contritio est a gratia sicut ab informante, & ita sequitur quod in ratione causae formalis gratia sit prior.

AD SECUNDUM dicendum, quod meritum humanum non praecedit gratiam in ratione merendi, ita sicut quod gratia cadat sub merito: potest tamen praecedere actus humanus gratiam, ut dispositio materialis.

AD TERTIUM dicendum, quod contritio est a libero arbitrio, & a gratia. Secundum quod procedit a libero arbitrio, est dispositio ad gratiam simul existens cum gratia, sicut dispositio quae est necessaria, simul est cum forma: sed secundum quod est a gratia, comparatur ut actus secundus ad gratiam.

AD QUARTUM dicendum, quod sicut actus formaliter perficit potentiam, ita id quod ex habitu relinquitur in actu, est formale respectu substantiae plus quam potentia ministrat. Et sic habitus est formale principium actus formati, quamvis respectu formationis habeat rationem causae efficientis.

AD QUINTUM dicendum, quod dispositio non facit aliquid ad formam effectivè, sed materialiter tantum, in quantum per dispositionem materia efficiens congrua ad receptionem formae: & sic contritio facit ad gratia infusionem in eo qui culpam habet, quamvis non requiritur in innocente. Plura enim requiruntur dispositione ad remotionem formae contrariae, & ad introductionem formae simul, quam ad solam formam introductionem.

AD SEXTUM dicendum, quod illud quod est ex parte recipientis, prius materialiter: sed quod est ex parte

AD SEPTIMUM dicendum, quod ex illa ratione non sequitur quod remotio culpae praecedat contritionem, quia per ipsam contritionem quodammodo culpa remittitur, sicut per calorem in summo expellitur forma aquae, & ita non sunt simul, & similiter nec culpa & contritio.

ARTICVLVS IX.

Vtrum iustificatio impij fiat in instanti.

Nono q̄rit, vtrū iustificatio impij fiat in instanti. & vtrū quod nō. Impossibile. n. est eiusdem potētia simul & semel esse plures motus sicut nec vna materia simul & semel est sub formis diuersis disparatis: sed in iustificatione impij requiritur duplex motus liberi arbitrij, vt ex dictis patet. ergo iustificatio impij non potest esse in instanti. Sed diceretur, quod illi duo motus sunt diuersarum potētiarum: nā motum liberi arbitrij in Deum est cōcupiscibilis, motus autem liberi arbitrij in peccatum, cum sit quadam detestatio peccati, est in irascibili.

Art. 4. & 5. huius q̄sit.

Cap. 3. par. 1. ante mediu. tom. 1.

16. in Ioan. em aliqui vult a prim. op. tom. 9.

¶ 2 Sed contra. Detestari est idē q̄ odire: sed odiū est in cōcupiscibili sicut & amor, secundu Philoſophum in 2. Top. ergo detestari non est in irascibili.

¶ 3 Præ. Irascibilis & cōcupiscibilis s̄m Dam. s̄nt partes sensibiles appetitus: sed sensibiles appetitus nō se extendit, nisi i bonū q̄d est ei cōueniēs, vel in eius cōtrariū: huius aut nō sunt ipse Deus, & p̄t̄m sub rōne p̄t̄i in quātū est detestabile. ergo nō p̄t̄inent isti motus ad cōcupiscibile & irascibile, sed ad voluntatē, & sic sunt vnus potētie. Sed diceretur, q̄d motus liberi arbitrij in Deū est motus fidei, q̄ ad intellectu p̄t̄inet, cōtritiō aut p̄tinet ad voluntatē, cuius est de peccato dolere, & sic non sunt vnus potentia.

¶ 4 Sed contra. Secundu Aug. credere non potest homo nisi volens. ergo licet in credendo requiratur actus intellectus, nihilominus requiritur ibi actus voluntatis, & sic relinquitur quod duo motus eiusdem potentia ad iustificationē impij requiruntur.

¶ 5 Præ. Eiusdē moueri termino, & ad terminū: sed detestari p̄t̄m est moueri a termino, moueri autem in Deum est moueri ad terminum. ergo cōtritiō, q̄ est p̄t̄i detestatio, est eiusdem potentia cuius est motus in Deum, & sic non possunt esse simul.

¶ 6 Præ. Nihil mouet simul ad diuersos & cōtrarios terminos: sed Deus, & peccatū sunt diuersi & cōtrarii termini. ergo aīa non potest simul in Deum & in peccatū moueri, & sic idem quod prius.

¶ 7 Præ. Gratia nō dat nisi digno: sed quādiu aliq̄s ē subiectus culpæ, nō est dignus gratia. ergo oportet q̄d prius expellat culpā q̄ infundatur gratia, & sic iustificatio, quæ hæc duo includit, non est in instanti.

¶ 8 Præ. Forma quæ recipit magis & minus successiue, vt videtur, debet in subiecto fieri, sicut forma quæ non recipit magis & minus recipitur subito in subiecto, vt patet de formis substantialibus: sed gratia intēditur in subiecto. ergo videtur quod successiue introducat, & ita infusio gratia non est in instanti, & per consequens nec iustificatio impij.

¶ 9 Præ. Sicut in qualibet mutatione, ita & in iustificatione impij necesse est ponere duos terminos. s. terminū a quo, & terminum ad quē: sed cuiuslibet mutationis duo termini sunt incōtingētes. i. q̄ non p̄t̄ simul esse. ergo i iustificatione impij includunt duo q̄ se habent secundum prius & posterius, & ita iustificatio impij est successiua, & non in instanti.

¶ 10 Præ. Nihil quod prius est in fieri quā in facto esse, fit in instanti: sed gratia prius est in fieri, quā in facto esse. igitur infusio gratia nō est in instanti, & sic idem quod prius. Probatio media. In permanentibus quod fit non est: cum vero factum est, iā est. sed gratia est permanentium. si ergo simul fit & facta est, simul est, & non est, quod est impossibile.

¶ 11 Præ. Oīs motus est in tempore: sed in iustificatione impij requiritur quidam motus liberi arbitrij.

A ergo iustificatio impij fit in tpe, & ita nō in instanti. ¶ 12 Præ. Ad iustificationē impij requiritur contritiō de peccatis: sed quando aliquis multa peccata commisit, non potest de omnibus peccatis in eodem instanti contineri, nec cogitare. ergo iustificatio impij non potest esse in instanti.

¶ 13 Præ. Quando cumq; inter extrema mutatio nis est aliquod medium, mutatio est successiua, nō momentanea: sed inter culpam & gratiam est aliqd medium, scilicet status naturæ condita. ergo iustificatio impij est mutatio successiua.

¶ 14 Præ. Culpā & grā nō sunt simul in aīa. ergo instans, in quo vltimo culpa inest, est aliud ab instāti, i quo primo grā inest: sed iter quibet duo instātia cadit tps mediū. ergo iter expulsiōe culpæ & infusio nē græ cadit tps mediū: sed iustificatio vtrūq; horū includit. ergo iustificatio est in tpe, & nō in instāti.

SED CONTRA. Iustificatio impij est quædam spiritalis illuminatio: sed illuminatio corporalis fit in instanti, non in tempore. cum ergo spiritalia sint simpliciora corporalibus, & minus tempore subiecta, videtur quod iustificatio impij sit in instanti.

¶ 2 Præ. Quanto aliquod agens est potentius, tanto in minori tempore suum effectum producit: sed actor iustificationis est Deus, qui est infinita virtutis. ergo iustificatio est in instanti.

¶ 3 Præ. In lib. de causis dicitur, quod substantie spiritalis, cuiusmodi est anima, & substantia, & actio, est in momento æternitatis, & non in tempore.

¶ 4 Præ. In eodē instanti in quo est dispositio cōpleta in materia, ē & forma: sed motus liberi arbitrij, q̄ in iustificatione requirit, est dispō cōpleta ad grā. ergo in eodē instanti in quo sunt illi motus, est grā.

RESPON. Dicendum, q̄ iustificatio impij est instanti. Ad cuius euidentiā sciendū est, quod q̄n d̄r aliqua mutatio esse in instanti, nō intelligitur quod duo termini eius sint in instanti, hoc n. est impossibile, cum omnis mutatio sit inter terminos oppositos per se loquendo: sed intelligitur quod transitus de uno termino in alium est in instanti, quod quidē in aliquibus oppositis contingit, in aliquibus nō cōtingit. Q̄n. n. inter terminos motus est accipere aliquod mediū, oportet quod transitus de uno termino in alium sit successiuis, quia medium est in q̄d primo mutatur quod mouetur cōtinue, quā in ultimum, vt patet per Philoſophū 5. Phis. & intelligo medium per qualem cumq; distātiā ab extremis, siue sit distātia in situ, sicut in motu locali, siue sit distātia s̄m rationē quātūtatē, sicut in motu augmenti & diminutionis, siue s̄m rationem formæ, vt in alteratione. & hoc siue illud medium sit alterius speciei, sicut pallidum inter album & nigrum, siue eiusdē speciei, sicut minus calidum inter magis calidum & frigidum. Q̄n. vero inter duos terminos mutationis, uel motus, non potest esse mediū aliquo prædictorū modorum, tunc transitus de uno termino in alterum non est in tpe, sed in instanti, hoc autē est, q̄n duo termini motus, uel mutationis sunt affirmatio & negatio, siue priuatio & forma. Nā inter affirmationē & negationē nullo modo est mediū, neq; inter priuationē & formā circa proprium susceptibile. Et hoc dico p̄ modum, quo aliquid alterius speciei est medium inter extrema. Sed p̄ modum, quo aliquid est medium s̄m intensionē & remissionē, & si non possit esse medium per se potest esse medium per accidens. Nam negatio, siue priuatio per se loquendo, non intēditur, neque remittit,

In prop. 11.

Com. 11. lib. 8. ex Com. 77. 10. 3.

Quæst. dist. S. Thomæ. PPP 4 sed

fed p accidens fm suam caufam pot' cōsiderari ali-
qua eius intensio, vel remiffio, vt dicat magis esse
cæcus ille qui hēt oculū erutū, q̄ qui habet aliquem
pannum in oculo, ex eo quod caufa cecitatis est ef-
ficacior. Sic igitur accipiēdo huiusmodi mutatio-
nes fm proprios terminos, p se loquēdo, oportet
eas esse instantaneas, & nō in tpe, sicut est illumina-
tio, generatio, & corruptio, & alias hūmōi. Accipiē-
do vero eas quantū ad caufas fuorum terminorū,
pōt in eis cōsiderari successio, sicut patet in illumina-
tione. Nā quāuis aer subito trāseat de tenebris ad
lumē, tñ caufa tegebrositatis successiue tollit. Absen-
tia solis, qui p motū locale successiue fit p̄sens.
Et sic illuminatio est terminus motus localis, & est
indiuisibilis, sicut & qliber terminus continui: dico
igit quod extrema iustificacionis sunt gratia, & pri-
uatio gratiæ, inter q̄ non cadit medium circa pro-
priū susceptibile: vnde oportet qd transitus de vno
in alterum sit in instanti, quamuis caufa huius pri-
uationis successiue tollat, vel fm quod homo cogi-
tando disponit se ad gratiā, vel saltē fm quod sp̄s p̄-
terit postquā Deus se gratiam daturum præordi-
nauit, & sic gratiæ infusio fit in instanti. Et quia ex-
pulsio culpæ est formalis effectus gratiæ infusæ, in-
de est quod tota iustificatio imp̄i in instanti est. Nā
forma, & dispositio ad formam cōpletam, & abie-
ctio alterius forma, totum est in instanti.

D. 50.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod q̄ duo sunt
motus oīno disparati, non p̄t esse simul in eadem
potentia, nisi vnū sit ratio alterius. Tunc a.n. simul
esse possunt, quia quodammodo sunt vnus motus,
sicut cum aliquis appetit aliquid propter finem, &
id quod est ad finē: & similiter cum aliquis fugit il-
lud quod est fini repugnans simul appetit finem, &
fugit contrarium. Et similiter voluntas simul mo-
uet in Deum, & odit peccatum, q̄a est contra Deū.

AD SECVNDVM dicēdum, q̄ hūmōi motus libe-
ri arbitrij ad voluntatē p̄inent, non ad irascibile &
cōcupiscibile, & hoc ideo quia obiectū eorum est
aliquid intelligibile, nō aliquid sensibile: inueniunt
tñ aliqñ attribui irascibili & concupiscibili, inquan-
tum voluntas ipsa d̄r irascibilis, & concupiscibilis
pp similitudinem actus: & tunc contritio potest at-
tribui & cōcupiscibili in quantum homo odit pec-
catum, & irascibili in quantum contra peccatū ira-
scitur, vindictam de eo sumere proponens.

Et per hoc patet solutio ad tertium, ad quartū,
& ad quintum.

AD SEXTVM dicendum, q̄ voluntas non mouet
simul ad contraria prosequenda, sed simul pōt mo-
ueri ad vnum fugiendum, & aliud prosequendū, &
præcipue si profectio vnus sit ratio fuge alterius.

AD SEPTIMVM dicendum, quod gratia datur di-
gno, non ita quod aliquis sit sufficienter dignus an-
tequam gratiam habeat, sed quia ex hoc ipso quod
datur, facit hominē dignum: vnde simul est dignus
gratia, & gratiam habens.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ ad hoc qd aliqua for-
ma successiue recipiā in subiecto, nihil operat̄ in-
tensio, vel remissio eius in subiecto, sed intr̄sio, uel
remissio formæ cōtrarie, vel oppositi termini. Pri-
uatio aut gratiæ nō suscipit magis vel minus, nisi p
accidens ratione suæ cāe, ut iā dictū est: & ideo non
oportet qd gratia successiue recipiā in subiecto. Si
aut in subiecto remitteret, posset hoc aliqd cōferre
ad hoc qd successiue gratia abijceretur. Sed gratia
nō remittit in eodē subiecto, & ideo nec successiue

In corp. ar.

F abijcitur pp hoc qd ipsa nō remittitur: nec successi-
ue inducit pp hoc quod eius priuatio nō remittit.
AD NONVM patet solutio ex prædictis: nam non
ideo dicitur mutatio esse in instanti, quia duo termi-
ni eius sint in eodem instanti, vt dictum est.

AD X. dicendum, quod fieri alicuius rei perman-
tis pōt accipi dupliciter. Vno modo proprie, & sic
d̄r res fieri quādiu durat motus, cuius terminus est
rei generatio: & sic quod fit nō est in p̄manētibus,
sed fieri est rei p̄ successiōnem, fm qd Philosophus
dicit in 6. Phyl. Quod fit, fiebat & fiet. Alio modo
d̄r fieri improprie, vt. d̄r dicatur aliquid fieri in illo
instanti, in quo primo factū est. Et hoc ideo, quādiu
instanti in quantum est terminus prioris temporis, in
quo fiebat, usurpat sibi hoc qd priori tēpori debet.
Et sic non est verū, qd id quod fit, nō est: sed qd nō
primo est, & ante hoc nō erat, & sic est intelligēdū
qd in his q̄ fiūt subito, simul est fieri & factum esse.

AD XI. dicendum, quod motus nō accipitur hic
secundum quod est exitus de potentia in actum, sic
enim tempore mensuratur: sed accipitur motus li-
beri arbitrij pro ipsa eius operatione, quæ est actus
perfecti, vt dicitur in 3. de Anima, & ita potest esse
in instanti, sicut perfectum est in instanti.

AD XII. dicendum, quod in illo instanti quo ho-
mo iustificatur, non requiritur quod sit contrito
specialiter de singulis peccatis, sed generaliter de
omnibus contritione speciali de singulis peccatis
præcedente, vel subsequente.

AD XIII. dicendum, quod postquam homo in
culpā incidit, nō pōt esse medium inter gratiam &
culpā, quia culpa non aufertur nisi per gratiā, vt
supra dictis patet: nec gratia perditur nisi per culpā,
quāuis ante culpam esset status medius inter gra-
tiā & culpam secundum quorundam opinionem.

AD XIV. dicendum, quod non est accipere el-
erium 4 instanti, in quo culpa fuit, sed vitium tem-
pus, vt supra dictum est.

QVAESTIO XXIX.
DE GRATIA CHRISTI, IN OCTO

- Articulos diuisa.
Primò enim querit, Vtrū in Christo sit gratia creata.
Secundò, Vtrum ad hoc qd natura humana verbo
vniatur in persona, requiratur habitualis gratia.
Tertio, Vtrum gratia Christi sit infinita.
Quarto, Vtrum gratia capitis Christo conueniat se-
cundum humanam naturam.
Quinto, Vtrū in Christo requiratur habitualis gra-
tia ad hoc quod sit caput.
Sexto, Vtrum Christus mereri potuit.
Septimò, Vtrum Christus alijs mereri potuit.
Octauò, Vtrum Christus in primo instanti suæ con-
ceptionis mereri potuit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Christo sit gratia creata.

QVAESTIO est de gratia Christi. Et primo
queritur, vtrum in Christo sit gratia crea-
ta, & videtur quod non. Homo enim dici-
tur per gratiam creatam filius ad optinens
sed Christus secundum sanctos, non fuit filius ado-
ptiuus, ergo non habuit gratiam creatam.
¶ 2. Præ. Vbi est cōiūctio rei p̄ essentia, nō ē necessā-
ria cōiūctio p̄ similitudinē, sicut ad cognoscēdū re-
gnit unio cognoscibilis ad rem cognitā, & tñ q̄ ali-
qua sūt in aīa p̄ sui essentia, nō est necessāriū ad co-
gnitionē, qd sint in ea p̄ similitudinē: sed Deus est
aīa Christi vnitus p̄ essentia realiter in vnitate p̄sonæ.
ergo

K